GRAMATI GRETSE



Ex libro gu [illegible]

Ave Maria gratia plena dominus

Franciscus d. Cordoviensis

Ex libris Sinatorum Per me
Andream Strohoviński
Anno Domini 1623
N



IACOBI GRETSERI SOCIETATIS IESV
INSTITVTIONVM LINGVÆ GRÆCÆ,
Liber Tertius.
DE SYLLABARVM DIMENSIONE.
PRO SCHOLA RHETORICES
ACCESSIT DISSERTATIO, de pronunciatione linguæ Græcæ.




COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Sumptibus Antonii Hierat.
ANNO MDCXIV.

AD GRÆCÆ POESEOS STVDIOSVM.

SI cupis Argolici Parnaßi ſcandere culmen,
Nec tamen es gnarus qua gradiare via,
Ecce iter, ecce duces, comitesq́; , iter ipſe libellus
Hic erit, aſt Canonas noueris eſſe duces.
Hanc inſiſte viam, hosq́; duces tibi delige, tectis
Te ſiſtent Graiis, ne vereare dolum.
Conſita vepretis ſi te via forte moleſtet,
Oraculum Aſcræum commeminiſſe velis.

Τῆς τέχνης ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν,
Ἀθάνατοι, μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτήν.
Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον, ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται.
Ῥηϊδίη δ' ἤπειτα πέλει χαλεπή περ ἐοῦσα.

AD LECTOREM.



VNT, amice Lector, & veterum & recentiorum nonnulli, qui putent vocales ancipites in eadem dictione produci vel corripi posse arbitratu poetæ, prout carminis ratio, & necessitas exigit. Verum quantopere isti aberrent, satis superque declarant, celebriorum Græciæ vatum, quæ supersunt monumenta; Qui licet sibi quidlibet audendi iure Poetico potestatem datam scirent, hanc tamen effrenis cuiusdam licentiæ plenam neque agnouerunt, neque vsurparunt vnquam, nisi in paucis voculis, longo vsu & inueterata consuetudine modo contrahi, modo extendi solitis, quod & Latini, quorum omnes vocales dubiæ sunt & communes, aliquando faciunt, quamuis parcius & pudentius, nam Musa latina semper fuit verecundior, & adstrictior quam Græca. At Græcis nihil est negatum, ait non ignobilis ex Helicone alumnus. Sed quam vere, viderit ipse. Non enim propter ea liberi omnino & exleges erunt, quia illis licet ἆρες, ἄρες sonare, & eandem literam in hoc nomine diuersa quantitate metiri. Quod si nullarum præceptionum obseruatione tenentur, quorsum tot Grammaticorum volumina, quibus ratio Græcæ quantitatis cognoscendæ præscribitur, potissimum in illis syllabis, quæ constant literis ambiguis? superfluum certe id laboris esset, nisi Græcæ poeseos studiosis, tres istæ vocales iter ad Musas difficile impeditumque redderent. Frustra etiam operam locarent, qui poetis legendis & peruolutandis, nonnihil temporis & otii impendunt, animo horum auspiciis, ad aliquam cognitionem quantitatis syllabicæ perueniendi. Vt igitur rem in pauca conferam, regulis opus est, ne erremus in quantitate cum aliarum, tum præcipue ancipitum vocalium. Sed illas neque nimis multas, neque incertas esse oportet. Quod si cui istæ, quas præscribimus, præceptiones cum mediocri saltem poetarum lectione, non sufficiunt ad di-

mensionis syllabarum scientiam, huic quid satis futurum sit nescio. Cæterum sicut in aliis duobus libellis, ea quæ Græci cum Latinis communia habent, vel penitus omisi, vel obiter tantum attigi, ita & hic feci. Cum enim studiosa iuuentuti, quæ Græcam Prosodiam discere cupit, Latinam oporteat iam esse cognitam, multa hic vel omnino taceri, vel vno verbo insinuari possunt, quæ alioquin longiori explicatione eguissent. Vale, beneuole Lector, & poesi tam Latina, quam Græca, ad laudem & gloriam Dei, reliquorumq; cælitum, & ad virtutis, omnisque honestatis commendationem vtere.



INDEX

futurum sit
a Græci cum
el obiter tan-
iuentuti, quæ
teat iam esse
rbo insinua-
ssent. Vale,
s, ad laudem
virtutis,



DEX

INDEX CAPITVM HVIVS LIBRI.

CAPVT

CAPVT I.

DE VOCALIBVS BREVIBVS, LONGIS, ANCIPITIBUS, & diphthongis.



GRÆCI habent vocales ſeptem, α, ε, ι, η, ο, υ, ω. Ex his ε & ο perpetuo breues ſunt: η & ω ſemper longæ, α, ι, υ, ancipites, quod modo producantur; modo corripiantur, interdum in eadem, ſæpius in diuerſis dictionibus, vt libro 1. cap. 1. declarauimus.

Ex vocalium coniunctione naſcuntur diphthongi duodecim, quarum ſex priores appellantur propriæ, ſex poſteriores impropriæ, αι, αυ, ει, ευ, οι, ου, ᾳ, ῃ, ῳ; ηυ, υι, ωυ, quæ omnes ſuapte natura producuntur.

Quia vero fieri poteſt, vt breues vocales, quantumuis natura ſua breues, longæ fiant, & longæ vocales vna cum diphthongis breues, docendum eſt, quibus modis id contingat; poſtea de ancipitum quantitate regulas præſcribemus; in hac enim cognoſcenda potiſſima difficultas verſatur.

Præterimus tanquam notum ex Emmanuele, quidij ſit tempus, & quæ, quotue tempora ſyllaba quæuis habeat.

CAPVT II.

DE POSITIONE.

I.

VOCALIS breuis ante duas conſonantes, vel vnam duplicem eiuſdem dictionis, longa eſt poſitione, *τόξον, arcus, ςέμμα, corona.*

Τόξ' ὤμοισιν ἔχων, Iliad. 1.

Arcum in humeris habens.

Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν, ibid.

Manibus coronam habens.

Ὀλέκοντο δὲ λαοί, ibid.

Peribant autem populi.

Ἤτοι ὅγ' ὣς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἕζετο.

Sic fatus conſedit.

II. SI altera conſonans fuerit in fine præcedentis, & altera initio ſequentis dictionis, vocalis nihilominus longa erit. Iliad. 1.

Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη κρείων Ἀγαμέμνων.

Hunc autem reſpõdens allocutus eſt rex Agamemnon.

III. LITERA σ aliquando eliditur, nulla poſitione facta: Aratus.

ὥρῃ ἑσπερίῃ κρώζει πολύφωνος κορώνη.

Hora veſpertina crocitat clamoſa cornix.

ANNOTATIO.

Hæc præcepta Græcis cum Latinis communia ſunt etiam tertium. Nam & ipſi literam S. elidebant; cuius rei aliquot apud Emmanuelem exempla inuenies præter cætera etiam hoc. Cic. in Arat.

I el-

Delphinus iacet haud nimio lustratus nitore.

Quidam tamen legunt apud Arat. πολύφωνα κηρύνη.

IV. SI vtraq; consonans, aut duplex, sit in principio sequentis dictionis, producetur vocalis præcedens. Iliad. α.

ἕλκετο δ' ἐκ κολεοῖο μέγα ξίφος.

Traxit autem ex vagina magnum ensem.

Ibid. πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν.

Multas vero fortes animas demisit Orco.

Ποτὶ δὲ σκῆπτρον βάλε γαίῃ. ibid.

Deiecit sceptrum humi.

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή. ib.

Cuius ex ore melle dulcior fluebat oratio.

ANNOTATIO.

In his exemplis α, ι, breues, item ο & ε producuntur ob duas consonantes in altera dictione: Occurrunt autem huius productionis in omnibus fere Poetarum paginis exempla, idem quoque Latini nonnunquam, Græcorum imitatione, faciunt; non tantum in monosyllabis, quæ sæpe non alio nomine, quam quod monosyllaba sunt, extenduntur, sed etiam in polysyllabis. Hinc illud Iuuen. Satyr. 8.

Occulta spolia & plures de pace triumphos.

Et illud Silii lib. 9.

Immane stridens agitur, &c.

Et illud Virgilii 1. Georg.

Lappæque tribulique interque nitentia culta. & alia huius generis, quæ adfert Emmanuel, licet aliqui hæc & similia excusent cæsura, vel syllaba communi. Sed verius est esse hellenismos.

V. INTERDVM corripitur præcedens syllaba breuis, etiamsi duæ consonantes, vel vna duplex sit in principio sequentis. Iliad. 2.

Οἵ τε Ζάκυνθον ἔχον.

Quique Zacynthum habitant.

ἀλλά σκάμανδρος.

οἶσῃ δινήεις, Iliad. 21.

Sed Scamander vorticosus abripiet te.

ANNOTATIO.

Multa huius generis exempla passim tibi Homerus suppeditabit, qui sæpissime vocalem breuem ante hoc nomen σκάμανδρος corripit: vt fere liberum videatur vocalem breuem, vel producere vel corripere, prout carminis ratio exigit. Quod alii itidem Poetæ passim faciunt.

CAPVT III.

DE MVTA ET LIQVIDA.

I.

VOCALIS breuis ante mutam & liquidam, siue eiusdem, siue diuersæ dictionis communis est Theoc. Idyll. 11.

Ω Κύκλωψ Κύκλωψ πᾶ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι.

O Cyclops Cyclops, quo mens tua auolauit?

Ibidem. οὕτω γοῦν ῥᾷστα διᾶγ' ὁ Κύκλωψ ὁ παρ' ἡμῖν.

Sic igitur facillime viuebat Cyclops noster.

Iliad. 9. Πάτροκλος μὲν σῖτον ἑλὼν ἐπένειμε τραπέζῃ.

Patroclus quidem panem accipiens distribuit in mensa.

AN-

ANNOTATIO.

Dictum est in regula, *Vocalis breuis.* Nam longa nunquam fit communis, licet sit ante mutam & liquidam: quod diligenter est obseruandum; ne quis putet α, ι υ. hoc ipso quod antecedunt mutam & liquidam, esse communes. Non est ita, sed oportet vt saltem in illa dictione, natura sint breues; quod aliquando, maxime apud Latinos, ex Rectis deprehendere licet. Propterea enim isti obliqui, *patris, patri, patrem, patres*, a commune habent, quia a, in nominatiuo, *pater*, breue est; sed *matris, fratris*, & similes perpetuo habent a longum, quia in his nominandi casibus *mater, frater*, a longum est, & idem iudicium esto de aliis tam Latinis, quam Græcis, siue in eadem, siue in diuersis dictionibus.

II. NON modo λ & ρ, sed etiam μ & ν cum mutis apud Græcos liquescunt, breuemque vocalem faciunt communem, quod apud Latinos non fit, nisi in Græcis dictionibus, quibus ipsi vtuntur, vt *Cycnus, Tecmessa, Therapnæ, Ichneumon.* Theocrit. Idyl. 22.

Λαιῇ δὲ στόμα τύψε, πυκνοὶ δ' ἐράβησαν ὀδόντες.

Sinistra vero os percussit, crepitarunt autem crebri dentes.

Idem Idyl. 1.

Καὶ λέγε τὸν βώταν νικῶ δάφνιν, ἀλλὰ μάχευ μοι.

Et dic bubulcum vinco Daphnin. Sed congredere mecum.

Idem Idyl. 15. ἑπτὰ δραχμῶν κυνάδας, γραιῶν ἀποτίλματα πηρῶν.

Septem drachmis pilos caninos ex vetulis & mutilatis ouibus conuulsos.

Et Idyl. 6. τὼς κωμάζοντας

Πελα-

Πελαμίδας ἢ θῆλυν ἀπὸ χροιᾶς κύκνον ἔγνω;

Quis comatos Priamidas aut muliebrem à colore nouit cygnum?

ANNOTATIO.

Vt hoc præceptum planius intelligas, lege quæ hac de re erudite scribit noster Emmanuel, vbi de præceptionibus positionis agit.

III. VOCALIS breuis fit etiam apud Græcos communis ante literas, μν, κτ, πτ, Hesiod. in Erg.

ἥτε καὶ ἀπάλαμνόν περ ὁμῶς ἐπὶ ἔργον ἐγείρει,

Quæ etiam ignauum ad opus excitat.

Homer. Βατραχ.

ἀλλ' ἐπὶ λέκτρον ἰὼν ἄκρον δάκτυλον καταδάκνω.

Conscenso lecto summum mordeo digitum.

Theoc. Idyl. 17.

θωρηχθεὶς ἐπὶ βουσὶν ἀνάρσιος Αἰγυπτίῃσι,

Armatus in armenta hostili animo Ægyptia.

Hom. Odyss. 4.

Κύπρον, Φοινίκην τε καὶ Αἰγυπτίους ἐπαληθείς.

Cyprum, Phœniciam & Ægyptum pererrans.

ANNOTATIO.

Hinc fit vt pleraque verba ab his literis incœpta repetant in præterito primam thematis, vt diximus in Grammatica cum de augmento præteriti ageremus. Videtur autem Martialis simile quid ausus lib. 5.

Sardonychas, Smaragdos, Adamantas, Iaspidas vno
Portat in articulo Stella, Seuere meus.

Et Propertius hellenismo vsus est hoc versu.

Te scelus accepto Thracis Polymnestoris auro,
Nutrit in hospitio non Polydore pio.

Et Ouid.13.Metamorph.

Vadit ad artificem dira Polymnestora cædis.

Alii tamen legunt *Polymestora*.

IV. VOCALEM breuem etiam tunc sæpe pro communi habent Græci, cum solam liquidam antecedit. Iliad.1.

αὐτοὺς δ᾽ ἑλώρια τεῦχε κύνεσσι.

Fecit ipsos escas canibus.

Hom.hymno in Merc.

ἱμερόεν κονάβησε θεὸς δ᾽ ὑπὸ μέλος ἄεισε.

Suauiter sonuit, Deus autem melos cecinit.

Theoc.Idyll.11. πολλάκις ὦ πολύφαμε τὰ μὴ καλὰ, καλὰ πέφανται.

Sæpe o Polypheme quæ non sunt pulchra, videntur pulchra.

Ἀνέρες ἔστε φίλοι, *viri este amici.*

Ἄρες ἄρες βροτολοιγὲ, μιαιφόνε.

Mars, Mars homicida.

Quæ duo aliquoties apud Homerum occurrunt.

ANNOTATIO.

Alii primum illud testimonium ita legunt, αὐτοὺς δὲ ἑλώρια τεῦχε κύνεσσι, vel αὐτοὺς δ᾽ ἑλλώρια.

V. IDEM quandoque contingit, licet liquida sit in principio dictionis sequentis. Homer. Iliad.22.

Πολλὰ λισσομένω οὐδ᾽ Ἕκτορι θυμὸν ἔπειθεν.

Multa precantes, neque Hectori animum flectebant.

Et

Et Iliad. 4. ὡς δ' ὅτ' ἀπὸ σκοπιῆς εἶδε νέφος αἰπόλος ἀνήρ.

Sicut cum nubem ex specula videt caprarius.

ANNOTATIO.

Hæc Græcorum propria sunt: Quamuis Persius quoq; in prologo simile quiddam sibi permiserit.

Cantare credas Pegaseium melos.

Longa prima in nomine melos; Est enim scazon.

Liquidæ non solum postpositæ, sed etiam mutis antepositæ liquescunt interdum, tam in eadem, quam in diuersis actionibus, vt quidam volunt.

In eadem, ν ante θ. Dionys. de situ orbis.

Καὶ τρίπολιν λιπαρὴν, ὀρθῶσι δ' αἴτε μάρανθόντε.

Tripolim feracem, Orthosida & Maranthum.

μ ante φ. Odyss. 11.

Καί ῥ' ἔτεκεν δύο παῖδας Ἀμφίονά τε Ζῆθόν τε.

Duos habebat filios Amphionem & Zetum.

ρ ante π. Orpheus init. Argonaut.

δεῖξαί τε θαλάσσης.

Παρθενίης ἀταρπὰς, ἐπήρατον ἡρώεσσι.

Ostende vias maris virginei, quod gratum erit Heroibus.

γ loco ν ante χ. Hesiod. in Erg.

Εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμα ἐγχώριον ἄλλο γένηται.

Quod si negotium aliud quale solet inter vicinos extat.

ν ante κ, in diuersis vocibus. Iliad. 24.

Ἀλλ' ἐγὼ οὐδὲν σε ῥέξω κακὸν, καὶ δέ κεν ἄλλον σεῦ ἀπαλεξήσαιμι.

Nihil mali tibi faciam, quin potius alium quoque à te arcebo, ne noceat.

ν ante τ. Iliad. 22.

Τῶν μνῆσαι φίλον τέκνον ἄμυνε δ' δήϊον ἄνδρα.

Horum memento chara proles, & fuga inimicum virum.

μ ante π in illo versu Homeri, hymno in Cybelen.

ἣ κροτάλων τυμπάνων τ' ἰαχὴ σύν τε τρόμος αὐλῶν,

Cui crepitaculorum tympanorumque sonitus & clangor tibiarum (placet.)

Idem fit apud Catullum, Carm. de Berecynthia & Atti.

Niueis (citata) cœpit manibus leue tympanum,

υ ante vocalem. Dionys. de situ orbis.

Τῷ δ' ἐπὶ Βοιωτῶν τε πέδον καὶ λοκρῶν ἄρουρα.

Et Phocyl. *μηδ' ἐς ἔρωτα γυναικῶν ἅπας ῥεύσῃς ἀκάθεκτον.*

Neque amore mulierum totus diffluas perdito.

Nonnunquam corripiunt vocalem non obstantibus tribus consonantibus. Hom. Iliad π.

ὃν πότμον γοόωσα λιποῦσ' ἀνδρότητα καὶ ἥβην.

Suam sortem lugens & relinquens virilem ætatem & iuuentutem.

Cæterum omnes istæ obseruationes videntur ex deprauatis codicibus natæ. Nam vt à primo versu ordiar, correcti codices ita habent apud Dionysium.

καὶ τρίπολιν λιπαρὴν, ὀρθώσιδά τε μάραθόν τε

Apud Homerum vero ita:

καί ῥ' ἔτεκεν δύο παῖδ' Ἀμφίονά τε Ζῆθόν τε.

Tertius versus sic legitur apud Orpheum:

παρθενίης ἀτραπούς.

In quarto eliditur α per apostrophum.

εἰ γάρ τοι καὶ χεῦμ' ἐσχάρεον.

Quintus sic scribitur apud Homerum:

ἀλλ' ἐγὼ οὐδέν σε ῥέξω κακὸν, ἀλλά κεν ἄλλον
σεῦ ἀπαλεξήσαιμι.

Sextus versus est iste:

τῶν μνῆσαι φίλε τέκνον.

In septimo qui est Homeri recte legunt alii: *τυπάνων*, & apud Catullum typanum: est enim typanum idem quod tympanum.

Octauus, qui est Dionysii, hoc modo scribi debet:

τῷ δ' ἐπὶ Βοιωτῶν τε πέδον καὶ λοκρὶς ἄρουρα.

Quam scripturam agnoscit Eustathius, licet alii legant *λοκρῶν*, eamque confirment hoc Tryphiodori versu.

ἤθη

Ἔνθα καὶ ἔνθα φέρησι λόχον κλυτοπώλων Ἀχαιῶν.

Verum alii apud ipſum Tryphiodorum legunt etiam κλυτόπωλον, & apud Phocylidem: γυναικός.

In nono denique verſu legunt alii:

ὃν πότμον γοόωσα λιποῦσ' ἀδροτῆτα καὶ ἥβην.

Vnus tamen occurrit verſus Solonis, vbi breuis ante liquidam & mutam corripitur, & vnus Heſiodi, in quo breuis ante duas mutas, & vnam liquidam nihilominus breuis eſt.

Prior eſt iſte pentameter.

Ἀττικὸς ἐστὶν ἀνὴρ τῶν Σαλαμῖν' ἀφέντων.

Atticus hic vir vnus eſt ex illis, qui Salaminem deſeruerunt.

Poſterior eſt iſte in clypeo Herculis.

Ἀλκμήνη, θυγάτηρ λαοσσόου Ἠλεκτρύωνος.

Alcmene, filia populorum ſeruatoris Electryonis.

Niſi quis hic fingere velit σωίζησιν.

Quo minus mirandum eſt, Chriſtianos Poetas corripuiſſe interdum primam ſyllabam vocis *Eccleſia* poſitione longam. Paulinus lib. 2. de vita S. Martini.

Obtexit veris mox mater Eccleſia templis.

Idem Natali 4. S. Felicis.

Cum pia ſacrilego quateretur Eccleſia bello.

Tertullianus.

Eſſe caput Chriſtum, ſunt cuius Eccleſia membra.

Niſi quis in his locis ſimplici contentus eſſe velit.

CAPVT IV.

DE MODO QVO VOCALES LONGÆ ET DIPHTHONGI FIUNT BREUES.

I.

QVÆLIBET vocalis & Diphthongus communis eſt in fine verſus ſicut apud Latinos.

II. Vo-

II. Vocales longæ & diphthongi breues esse possunt subsequente in altero vocabulo vocali aut diphthongo, neque enim eliduntur vocales concurrentes, vt in latino carmine fieri solet. Homer. Iliad. 1.

οὐδ' ἀπίθησε
μύθῳ Ἀθηναίης.

Neque inobediens fuit dicto Mineruæ.

ὁ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὕει.

Theocr. Idyll. 4. *Et Iuppiter quidem nunc serenus est, nunc pluit.*

ἅλλεται ὀφθαλμός μευ ὁ δεξιός. Idem Idyll. 3.

Salit mihi dexter oculus.

Iliad. 1. ἄξω ἑλών, ὁ δέ κεν κεχολώσεται ὅν κεν ἵκωμαι.

Auferam; ille autem indignabitur ad quem venero.

ANNOTATIO.

Ad imitationem Græcorum scripta sunt illa à Latinis. Virgil. Æneid 3.

Insulæ Ionio in magno, quas dira Celæno.

Æneid 5. *Victor apud rapidum Simoenta sub Ilio alto.*

Et alia quæ adfert Emmanuel, in quibus vocales longæ & diphthongi corripiuntur ob sequentem in altera dictione vocalem aut diphthongum, nulla elisione facta.

III. Idem fit interdum, quamuis sequatur consonans in altera dictione.

Pythag. τοὺς τε καταχθονίους σέβου δαίμονας ἔννομα ῥέζων, quidam legunt σέβε.

Deos inferos cole iustis solutis.

Odyss. 2. εἰ δέ κεν οἴκαδ' ἵκωμαι, φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.

Quod si domum venero in charam patriam.

IV. SÆPIVS producitur longa vocalis & diphthongus, si in eadem dictione vocalem vel diphthongum antecedat, quamuis aliquando corripitur, vt in his exemplis.

Iliad.6. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Δρύαντος υἱὸς κρατερὸς Λυκόεργος.

Neque enim Dryantis filius fortis Lycurgus.

Tyrtæus. μὴ καταλείποντες φεύγετε τοὺς γεραιούς.

Ne fugiatis relictis senibus.

Theoc.Idyll.11. καθεζόμενος δ' ἐπὶ πέτρας ὑψηλᾶς εἰς πόντον ὁρῶν ἄειδε τοιαῦτα.

Sedens in petra respiciensq́; in pontum talia canebat.

Sappho. τῷ γριπεῖ Πελάγωνι πατὴρ ἀνέθηκε Μένισκος.

κύρτον καὶ κώπαν, μνᾶμα κακοζωΐας.

Meniscus parens posuit piscatori Pelagoni nassam & remum, monumentum vitæ miseræ.

V. VOCALIS longa vel anceps ante aliam vocalem breuem vel longam non corripitur necessario.

Homer. Iliad. 12. φοινήεντα δράκοντα φέρων ὀνύχεσσι.

Ferens cruentatum vnguibus draconem.

Ζωὸν ἔτ' ἀσπαίροντα. ibid.

Viuum adhuc palpitantem.

Idem Homer. Iliad. 11.

διὰ δ' ἐμπερὲς ἰὸς
ἐν γαίῃ κατέπηκτο.

Penitus autem sagitta in terra defixa est.

VI. Vo-

VI. VOCALIS breuis ante aliam vocalem longam, vel diphthongum, corripitur, nisi producatur quadam licentia.

Πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Diuum hominumq; pater.

Idem Iliad. 8. εἰσορόων τρώωντε πόλιν καὶ νῆας Ἀχαιῶν.

Intuens Troianorum vrbem & naues Græcorum.

CAPVT V.

QVOT MODIS QVANTITAS VOCALIVM ANcipitum cognoscatur.

HACTENVS de diphthongis vocalibusque natura breuibus & longis dictum est, quomodo illis vtantur, & interdum etiam abutantur Poetæ. Sequitur iam vt regulas tradamus cognoscendi quantitatem ancipitum vocalium, in quibus, vt supra me dicere memini, omnis propemodum difficultas Græcæ Prosodiæ versatur. Videntur autem si non plures, quam Latinis: certe non pauciores Græcis suppetere rationes inuestigandi quantitatem harum vocalium. Nam ancipitum quantitatem cognoscere licet, 1. Accentu. 2. Contractione. 3. Dialecto. 4. Deriuatione. 5. Compositione. 6. Incremento nominum. 7. Incremento verborum. 8. Regulis quibusdam specialibus tam de vltimis quam de non vltimis syllabis.

9. Vſu & præceptis latinæ linguæ & Proſodiæ
10. Exemplo & auctoritate, ſeu vſu & lectione Poetarum.

CAPVT VI.

DE ACCENTV.

I.

ANtepenultima acuta, ſemper breuis eſt vltima, exceptis Atticis, ὁ μενέλεως, τῆς πόλεως, *ciuitatis*, τῶν πόλεων, de quibus lib. 1. cap. 22. exceptiſque diphthongis αι & οι quæ in ratione accentuum habentur breues, non autem in quantitate, ἡ πότνια, *veneranda*. ἡ τράπεζα, *menſa*. ἡ ἀσέλγεια, *impuritas*. ἡ εὐσέβεια, *pietas*. ἡ ἀλήθεια, *veritas*. ἡ θεράπαινα, *ancilla*. τέτυφα, ἔτυψα, ἔτυψας, *verberaui*. τὸ σίνηπι, *ſinapi*. τῷ μέλιτι, *melli*. τὸ οἰνόμελι, *vinum mulſum*, ὁ & ἡ φιλόπατρις, *amans patriæ*. ὁ καὶ ἡ εὔχαρις, *gratus*, ὁ καὶ ἡ ἄχαρις, *ingratus*. ὁ πέλεκυς, *ſecuris*. ὁ καὶ ἡ νέηλυς, *aduena*.

ANNOTATIO.

Hac regula certiſſima & nuſquam non obuia certo & expedite cognoſces quantitatem plurimorum vocabulorum, quæ in vltima ſyllaba ambiguis vocalibus conſtant.

II. VLTIMA breuis eſt, quando penultima circumflectitur, niſi obſtet poſitio. μοῦσα, μοῦσαν, *Muſa*. ἡ μοῖρα, *Parca*, *fatum*, μοῖραν. βαρεῖα, *grauis*. ὀξεῖα, *acuta*. ἡδεῖα, *ſuauis*. σῶμα, *corpus*. βῆμα, *ſedes*, *ſuggeſtum*. χρῆμα, *vſus*, *pecunia*. τυφθεῖσα, *verberata*. τιθεῖσα, θεῖσα, *ponens*. διδοῦσα, *dans*.

dans. στῆθι, *sta.* γνῶμι, *cognosco.* δῦμι, *subeo.* κλῦμι, *voco.* τὸ πῶϋ, *grex ouium.* ὁ πῆχυς, *cubitus.* at φοῖνιξ, *Phœnix.* αὖλαξ, *sulcus*, & similia impediuntur positione, quo minus vltimam habeant breuem.

III. Cum penultima natura longa, accentum acutum habet, signum est, ancipitem, quæ est in vltima syllaba, esse longam. ἡ λήδα, *Læda.* ἡ ὥρα, *hora.* ἡ Φαίδρα, *Phædra.* ἡ δουλεία, *seruitus.* ἡ λατρεία, *cultus.* ἡ βασιλεία, *regnum.* ὁ Αἰνείας, τῶ Αἰνεία, ὦ Αἰνεία, *Æneas.* ὁ Αἴας, *Aiax.* ἡ δικαία, *iusta.* τὼ μούσα in Duali.

ANNOTATIO.

Ratio huius regulæ est, quia longa ante vltimam breuem, si accentum habet, circumflexum habeat oportet, vt ex doctrina accentuum constat. Hinc necessario intelligimus, vltimas in prædictis, aliisq; similibus vocabulis esse longas.

IV. QVANDO masculinum est proparoxytonum in ρος vel ος purum, fœmininum vero eius paroxytonum, pro certo habeas, vltimam fœminini esse longam, ὁ ἅγιος, *sanctus*, ἡ ἁγία, τὸ ἅγιον. ἡμέτερος, *noster*, ἡμετέρα. ὑμέτερος, *vester.* ὑμετέρα *vestra.* ὁ σοφώτερος, *sapientior*, ἡ σοφωτέρα.

V. ANCEPS nominis paroxytoni breuis est, si vltima quoque breuis sit. τὸ ξύλον, ξύλα, *lignum.* ὁ φίλος, *amicus.* τὰ φίλα, *amica.* μάλα, *valde.* ἅμα, *simul.* πολλάκις, *sæpe.* τετράκις, *quater.* πεντάκις, *quinquies.* ἡ φύσις, *natura.* ἡ λύσις, *solutio.* ὁ βίος, *vita.* τὸ χάος, *chaos.*

ANNOTATIO.

Ratio huius præcepti est, quia si α, ι, υ, in penultimis prædictarum vocum longæ essent, circumflecterentur, iuxta regulam accentuum, quæ docet longam ante finalem breuem, si habeat accentum, habere circumflexum. Ne quis autem decipiatur, diligenter attendendum est, vtrum vltima corripiatur. Nam si longa sit vltima nihil inde intelliges de quantitate penultimæ, vt ξύλυ, φίλυ, φίλῳ, &c. nisi ex alio casu, cuius vltima breuis sit, quantitatem iam indagaueris, tunc enim idem iudicium erit de casibus, quorum vltima longa est. Nam vt ξύλον in recto primam habet breuem, ita & in obliquis.

VI. Omnis syllaba circumflexa longa est. ὁ μῦς, *mus*, ὁ vel ἡ ὗς, σῦς, *sus*. τὸ πῦρ, *ignis*. ὑμᾶς, *vos*. ἡμᾶς, *nos*. ὑμῖν, *vobis*. ἡμῖν, *nobis*. ὁ μῦθος, *sermo*, *fabula*. ὁ πῖλος, *pileus*. ἡ ἀθηνᾶ, *Minerua*, ἡ μνᾶ, *mina*.

CAPVT VII.

DE CONTRACTIONE ET DIALECTO.

I.

Omnis syllaba ex contractione nata siue circumflexo notetur, siue non, longa est, κρέατα, κρέαα, κρέα, *carnes*. ἐβόαε, βόα, *clamabat*. βόαε, βόα, *clama*. τῇ πόλιι, *ciuitati*, τῇ πόλι, πόλιες, πόλις, οἱ βότρυες, βότρυας, βότρυς, *botri*. ὁ ἀέκων. pro ἄκων, *inuitus*.

ANNOTATIO.

Videntur interdum Poetæ hoc præceptum non obseruare. Apoll. lib. 1.

Ἀρχόμενος σέο φοῖβε παλαιγενέων κλέα φωτῶν μνήσομαι.

Incipiens

Incipiens à te ô Phœbe, priscorum facta virorum canam.

Et in illo Epigrammate.

Οἱ κόρεις ἄχρι κόρου κορέσαντό μου. ἀλλ᾽ ἐκορέσθην,
Ἄχρι κόρου κᾀυτὸς τοὺς κόρεις ἐκκορίσας.

Cimices ad satietatem vsque satiati sunt ex me, sed ego vicissim satiatus sum vsque ad satietatem, excorians cimices.

Epigramma est petitum ex annominatione τοῦ κόρου, κόρεως, & verbi ἐκκορίζω.

Priori quidem versu Apollonii corripi videtur α contractum in hoc vero epigrammate iota contractum. Sed dicendum est tales syllabas non per contractionem, sed exemptione alterius literæ factas, κλέεα ablato ε per syncopen, κλέα, vltima breui, & κόρεας exempto α manet iota breue. Aliud est enim contractio & synæresis, aliud syncope, tam apud Græcos, quam apud Latinos.

II. Ἄλφα Doricum natum scilicet ex η, longum est. Theocr. Idyll. 1.

ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα, καὶ ἁ πίτυς αἰπόλε τήνα pro ἡδὺ, ἡ, τήνη, vel ἐκείνη.

Dulcis est susurrus & pinus o caprarie illa.

Ibid. ἀσκητὰ πέπλῳ τε καὶ ἄμπυκι.

Ornata peplo reticuloque.

LONGVM est etiam illud quod non venit ex η, sed ex ε, vt αἴκα, pro εἴκε. Theoc. Idyll. 1.

Αἴκα τῆνος ἕλῃ κεραὸν τράγον.

Si ipse acceperit cornigerum hircum.

ANNOTATIO.

Aliquando contra fit. Nam πόκα pro πότε, & ὅκα pro ὅτε, & ἄλλοκα pro ἄλλοτε, corripiuntur interdum apud eundem Idyll. 1. 4. & alibi.

III. Ἄλφα Æolicum breue est apud Poetas, quamuis ex η factum. Iliad. 3.

δεῦρ' ἴθι νύμφα φίλη, pro *νύμφη*.

Et Theocr. Idyll. 27. *θάρσει κώρα φίλα*,

Bono animo sis, pro *κώρα*, seu *κόρη*, *puella*.

ANNOTATIO.

Idem quod Æoles faciunt Latini. Vltimam enim in his, *fama*, *plaga*, *machina*, aliisque corripiunt, licet descendant à Græcis *φήμη*, *πληγὴ*, *μηχανή*.

IV. Æoles quoque α, alioquin longum, corripiunt in accusatiuis pluralibus primæ & secundæ simplicium, atque in participiis in ας, Theoc. Idyl. 21.

ἁ πενία, διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει.

Paupertas, ô Diophante, sola excitat artes.

Idem Idyll 1. *πάντα δ' ἔναλλα γένοιντο, καὶ ἁ πίτυς ὄχνας ἐνείκαι.*

Omnia commutentur, & pinus pira ferat.

Idem Idyl. 3. *τίτυρ' ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε βόσκε τὰς αἶγας.*

Tityre mihi valde chare pasce capellas.

Idem Idyl. 5 *πᾶσας ἐγὼ λουσῶ, συβαρίτιδος ἔνδοθι κράνας.*

Omnes ego lauabo in fonte Sybaritico.

Et Idyl. 4. *βόσκεν δέ μοι αὐτὰς ἔδωκεν.*

Illas mihi pascendas dedit.

Hesiod. *δῆσας ἀλυκτοπέδησι προμηθέα.*

Ligans Prometheum vinclis ineuitabilibus.

Idem Theog. *παῖδας ἤματα πάντα ἑοὺς μετανάστας εἶναι.*

Filios cunctis diebus suos esse incolas.

ANNOTATIO.

Pro *δήσας* vltima longa. Nam si quantitas vltimæ syllabæ mu-

bæ mutetur, omnino etiam mutatur accentus. Hinc alpha longo in hac voce, κώρα, acutus est in penultima, alpha vero breui, circumflexus κῶρα. Occurrunt autem passim aliæ apud Theocritum huius Æolicæ correptionis exempla; licet enim ipse Doricam Dialectum consectaretur, non reiciebat tamen Æolicam, quando carmini seruiebat.

V. Αλφα quoque Ionicum breue est in penultimis præteritorum Ionicorum, γέγαα, μέμαα, ἕσταα, βέβαα. γεγαὼς, μεμαὼς, ἑσταὼς, βεβαὼς, licet ex η oriatur, ablato κ, γέγηκα, μέμηκα, βέβηκα, ἕστηκα. Sic πέφυκα, πέφυα, υ, breui.

ANNOTATIO.

Diximus de his præteritis in Grammatica, cap. 15. & passim inuenies apud Homerum, & alios exempla.

Notetur tamen hic hoc participium μεμαὼς, habere aliquando penultimam longam, aliquando breuem, longam cum in obliquis habet ο. Iliad. 2.

Λαοὶ θωρήσσοντο μεμαότες ἐγχείῃσι.
Populi armabantur, hastis prompti.
Breuem cum in obliquis habet ω. Iliad. 3.
ἐν θυμῷ μεμαῶτες ἀλεξέμεν.
In animo cupientes opitulari.

VI. Αλφα Ionice insertum tertiis personis pluralibus passiuis & mediis præsentis, præteriti, plusquamperfecti, & futuri, breue est, τετύφαται, *verberati sunt*, βεβολήατο, vel βεβλήατο, τυφθοίατο τυψοίατο, &c. ἕαται pro ἧνται, *sedent*. κέαται, pro κεῖνται, *iacent*.

ANNOTATIO.

De his personis multa dicta sunt libro primo, cum de verbo passiuo ageremus. Exempla passim sunt obuia in Homero.

VII. Ἄλφα Ionice interpositum verbis circumflexis in αω, producitur si syllaba proxime antecedens sit longa, μαίμαε, μαίμα, μαίμαα à μαιμάω, *impetu feror, incitor, vehementer desidero.* μενοινάω, *incitatus cupio,* μενοινᾶ, μενοινάα. Homer. Iliad. 19.

Εἴπερ γὰρ θυμῷ γε μενοινάα πολεμίζειν.

Etiamsi animo promptus sit ad pugnandum.

ANNOTATIO.

De hac literæ α interiectione plura habes libr. 1. in secunda coniugatione circumflexorum.

VIII. Si syllaba antecedens proxime literam α sit breuis, ipsum etiam ἄλφα breue erit. Iliad. 13.

πολέμοιο μενοινᾷ
Ἀντιάαν.

Cupit bellum capessere.

Sic βοάα, μηχανάατω, ἐγνάαοθω, & similia α prius breue habent, vt & ἐσάωσι, pro ἔσωσε, *seruauit.*

IX. Personæ Ionicæ verborum in μι, τιθέασι, διδόασι, ζευγνύασι, & ἔασι, pro εἰσὶ, *sunt,* & ἴασι, pro εἶσι, *eunt,* α longum habent: Iliad. 16.

καὶ τ' ἀγεληδὸν ἴασιν ἀπὸ κρήνης μελανύδρου.

Gregatim veniunt à fonte nigræ aquæ.

Hom. Odyss. 19. τοιοῦτοι πτωχοὶ καὶ ἀλήμονες ἄνδρες ἔασι.

Tales sunt viri pauperes & errones.

ANNOTATIO.

Fit hoc ob generalem regulam, quæ docet omnem personam verbi desinentem in σι, penultimam producere τύπτουσι, τετύφασι, τιθέασι, &c.

X. Bre-

X. BREVE est α ex η per diæresin natum, ἤγλω, ἐάγλω, ἦγα, ἔαγα, κατέαγα, *fractus sum*. ἥλων, ἑάλων, *captus sum*. De quibus lib. 1. cap. 23.

XI. QVANDO ex diphthongis vocalis abiicitur, anceps quæ remanet breuis est, φεύγω, *fugio*. φυγὴ, *fuga*, πείθω, *persuadeo*. πιθανὸς, *probabilis*. τὸ ζεῦγος, *iugum*. ὁ ζυγός.

XII. QVANDO diphthongus propria vel impropria per dialysin dissoluitur in duas syllabas, tunc vocales ancipites corripiuntur: vt, πάϊς pro παῖς, ἐῢ pro εὖ, ἀίδης pro ᾅδης. Hesiod. in Erg.

κρύψε δὲ πῦρ, τὸ μὲν αὖθις ἐῢς πάϊς Ἰαπετοῖο.

Abscondit vero ignem, quem rursus bonus Iapeti filius.

Tryphiod. καὶ σκῦρον μὲν ἔβαινε λιπὼν εὐπάρθενον ἄστυ.

Syrum abiit, relinquens vrbem pulchras virgines habentem.

Iliad. 15. Ζεὺς καὶ ἐγὼ, τρίτατος δ' ἀίδης ἐνέροισιν ἀνάσσων.

Iuppiter & ego, & tertius Inferis imperans.

ANNOTATIO.

Aliquando tamen producuntur huiusmodi vocales. Theoc. Idyll. 11.

οὕτω γοῦν ῥάϊστα διᾶγ' ὁ Κύκλωψ ὁ παρ' ἁμῖν.

Sic igitur facillime viuebat noster Cyclops. ῥάϊστα pro ῥᾷστα.

ὁ θρᾷξ. *Thrax*, dialysi Ionica, θρήϊξ in obliquis aliquando corripitur, vt Iliad. 4.

θρήϊκες ἀκρόκομοι, δολίχ' ἔγχεα χερσὶν ἔχοντες.

Thraces comati longas hastas manibus tenentes. aliquando producitur.

Dionys.

Dionyſ. αὐτοὶ δ' Θρήικες ἀπείρονα γαῖαν ἔχοντες.
Ipſique Thraces immenſam terram habentes.

DE DERIVATIONE ET COMPOSITIONE.

I.

DERIVATA ſequuntur naturam eorum, à quibus deriuantur: ὁ δίκαιος, *iuſtus*. ἡ δίκη, *iuſtitia*. δικαιῶ. *iuſtum facio*. ἡ δικαιοσύνη, *iuſtitia*. τὸ δικαίωμα, omnia prima breui. τιμάω, *honoro*. ὁ τιμητέος, *honorandus*. prima longa. νικάω, *vinco* νίκη, *victoria*. ὁ νικητὴς, *victor*. prima longa. κρίνω, *iudico*. ἔκρινον, prima longa in omnibus. ὁ κριτὴς, ὁ κριτήριον, prima breui. Sic ἀνὰ, ἄνω, *ſupra*. κατὰ, κάτω, *infra*, itidem prima breui.

ANNOTATIO.

Hæc regula de deriuatis magnum ſubſidium adfert ad cognoſcendam quantitatem verborum, vt planum fiet ex illis, quæ infra dicemus de verborum incremento. Verbum νικάω corripi dicitur in illo verſu:

Ἀργυρέαις λόγχῃσι μάχου καὶ πάντα νικήσεις.
Argenteis haſtis pugna: & omnia vinces.
Alii tamen legunt, καὶ πάντα κρατήσεις.

II. MVLTA quæ ſuæ originis naturam non ſequuntur, vſu aſſiduaque Poetarum lectione diſcenda ſunt, vt ἡ μανία, *furor*, prima breui, ὁ μανικὸς & μανιακὸς prima longa. Orph. in Bacch.

Κικλήσκω σε μάκαρ πολυώνυμε, μανικὲ Βακχεῦ.

Voce

Voco te beate, multorum nominum & furioſe Bacche.

Sic ab ἀεὶ, *ſemper*, prima breui, fit, ὁ καὶ ἡ ἀΐδιος, *æternus*, & ὁ καὶ ἡ ἀέναος, *perennis*, prima longa.

III. COMPOSITA fere ſequuntur breuitatem vel longitudinem ſuorum ſimplicium; ἡ γυνὴ, *mulier*, prima breui, ὁ ἀνδρόγυνος, *Androgynus*. ἡ τιμὴ, *honor*. ὁ καὶ ἡ ἄτιμος, *inhonorus*. penultima longa. ὁ θυμὸς, *animus*. ὁ καὶ μεγάθυμος, *magnanimus*. ◡ longo. ὁ κριτὴς ὁ ὑποκριτὴς, *hypocrita*. ὁ λαὸς, *populus*. ὁ Μενέλαος. ἡ στάσις, *ſtatus*. ἡ κατάστασις. ἡ φράσις, *phraſis*, *locutio*. ἡ μετάφρασις, ἡ παράφρασις. πᾶσα, *omnis*, ἅπασα, σύμπασα. Quædam tamen extra compoſitionem longa, breuia fiunt in ipſa compoſitione, vt πᾶν, πανάριστοι, παναχαιοὶ, & ſimilia. Iliad. 2.

Κίκλησκεν δὲ γέροντας ἀριστῆας παναχαιῶν.

Vocauit autem ſenes, optimates omnium Græcorum.

IV. PRÆPOSITIONES quæ in ancipitem deſinunt, breuem habent ancipitem, & extra & intra compoſitionem, niſi poſitio obſtet. παρὰ, ἀμφὶ, περὶ, ἀνὰ, κατὰ, ἐπὶ, ἀντὶ ἀντιλέγω, *contradico*. περιτρέχω, *circumeo*. τὸ ἀμφιθέατρον, *Amphitheatrum*, καταβάλλω, *deiicio*.

ANNOTATIO.

Poetæ ex κατὰ, ἀνὰ, παρὰ, ſæpe abiicere ſolent α in compoſitione & extra, quamuis ſequente conſonante, de qua re diximus lib. 1. cap. 13. κάτθετο, pro κατέθετο ἀνστὰς, pro ἀναστάς.

Interdum additur iota ad alpha. Iliad. λ.

ἀγαθὴ δὲ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου.

Bona est admonitio sodalis.

Interdum producuntur solita Græcorum licentia, vt infra suo loco allatis exemplis planum fiet.

V. PRÆPOSITIONES quæ in prima syllaba ancipitem habent, eandem corripiunt, siue in compositione, siue extra, κατὰ, ἀνὰ, nisi licentia quadam secus eueniat.

VI. A, priuatiua particula breuis est, ὁ ἀδάμας, *adamas*, ὁ καὶ ἡ ἄτομος, *atomus*. ὁ καὶ ἡ ἄκοσμος, *inornatus, immundus*. ὁ καὶ ἡ ἄτιμος, *inhonorus*. ὁ καὶ ἀκλεὴς, *inglorius*.

Hom. Iliad. 1. αἴθ' ὄφελες παρὰ νηυσὶν ἀδάκρυτος καὶ ἀπήμων, ἧσθαι.

Vtinam sederes ad naues sine lachrymis & damno.

VII. CORRIPIVNTVR ancipites harum vocularum inseparabilium ζα, ἀρι, ἐρι, δυς, βελ. ζάθεος, *diuinus*. ὁ καὶ ἡ ἀρίδηλος, *conspicuus*. ὁ καὶ ἐριβώλαξ, *ferax*. ὁ καὶ ἡ δύσερως, *perdite amans*. ὁ καὶ δυσώδης, *olidus*. ὁ βελαρὸς, *robustus, validus*.

Hesiod. αἵθ' Ἑλικῶνος ἔχουσιν ὄρος μέγα τε ζάθεόν τε.

Quæ Heliconis montem habent magnum & diuinum.

Hom. Odyss. 11. καὶ Τιτυὸν εἶδον γαίης ἐρικυδέος υἱόν.

Vidi etiam Tityum terræ claræ filium.

Hesiod. ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει καὶ ἄδηλον ἀέξει.

Facile deprimit illustrem, & obscurum extollit.

VIII. Si

VIII. SI PRIOR pars compositionis in α, ι vel υ, desinat, plerunque corripitur, ὁ καὶ ἡ μεγάθυμος, *magnanimus.* ὁ καὶ ἡ λυσιμελὴς, *soluens curas, vel membra.* ὁ καὶ ἡ καλλιπάρηος, *pulchras genas habens*: ὁ καὶ ἡ ἡδυεπὴς, *suauis in dicendo.* ὁ πολύδωρος, *Polydorus.* ὁ πολύδαμας, *Polydamas.* Homer. Iliad. I.

Πῶς γάρ τοι δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοί.

Quomodo enim tibi munus dabunt magnanimi Achæi.

CAPVT IX.

DE ALPHA INCREMENTO NOMINVM PRÆCIPUE QUINTÆ DECLINATIONIS.

Quid sit incrementum nominum & verborum notum est ex Prosodia Latina. Hoc igitur omisso, nonnullas hic præscribemus præceptiones de incrementis declinationum, quibus quantæ sint hæ vocales, α, ι, υ, cognosci queat.

I. A incrementum Doricum genitiui singularis simplicium, & genitiui pluralis eiusdem, & secundæ simplicium, longum est. Αἰνείαο, αἰνειάων, μουσάων.

Hesiod. in Erg. Πληϊάδων ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων.

ἄρχεσθ' ἀμητοῦ, ἀρότοιο δὲ δυσομενάων.
Pleiadibus orientibus incipe metere,
Arare vero occumbentibus.

ANNOTATIO.

Aliud incrementum non est in primis quatuor declinationibus simplicibus. Nam λόγος, λόγοιο, λόγοισι, & similia, primo statim aspectu suam quantitatem demonstrant.

II. Αλφα incrementum quintæ declinationis à nominibus neutris in α ας, αρ, breue est. τὸ σῶμα, σώματος, *corpus.* τὸ σῆμα, *signum,* σήματος. τὸ κέρας, *cornu,* κέρατος, τὸ κρέας, *caro,* κρέατος. τὸ ἧπαρ, *hepar,* ἥπατος. τὸ νέκταρ, *nectar,* νέκταρος. τὸ φρέαρ, *puteus,* φρέατος.

ANNOTATIO.

Videntur tamen neutra in ας aliquando incrementum habere longum, vt ex hoc Anacreontis versiculo liquet.

Φύσις κέρατα ταύροις.
ὁπλὰς δ' ἔδωκεν ἵπποις.

Natura dedit cornua tauris & calces equis.

Corripiuntur autem etiam illa κέρατος, κέρως. *Homer. Odyss τ.*

Οἱ δὲ διὰ ξεστῶν κεράων ἔλθωσι θύραζε.

Quæ vero per polita cornua eunt foras.

Interdum interponitur α longum ante alterum α, κέραος, κεράατος, *Calaber. lib.* I.

γνάμπτε βίη κρατερῷο κεράατος. οἱ δὲ οἱ ἄμφω.

Inflexa est vis fortis cornu.

III. Αλφα incrementum quintæ declinationis à nominibus fœmininis & masculinis in ας breue est. ἡ παλλὰς, παλλάδος, *Pallas.* ἡ λαμπὰς, λαμπάδος, *lampas.* ἡ μόνας, μονάδος, *vnitas.* ὁ μέλας, μέλανος, *niger.* ὁ τάλας, τάλανος, *miser.*

Homer. Iliad. 6. καλὴν, χρυσείην, μέλανες δ' ἄρ' οἱ βότρυες ἦσαν.

Pulchram

Pulchram, auream, cui nigri botri erant.

ANNOTATIO.

Excipe ἡ κρὰς τῆς κρατὸς, caput. Iliad. 1.

κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο μέγαν ἐλέλιξεν ὄλυμπον.

Immortali capite magnum Olympum concussit.

Dubitat de hoc vocabulo Eustathius Odyss. 12. num sit masculini aut fœminini generis. Sed tamen Calaber lib. 11. cum muliebri apposito coniunxit.

δινήσας περὶ κρατὶ βοῆ καλὰ νευρὰ βόεια,

ὁ λᾶας, τοῦ λάαος, crasi λᾶος, etiam breue habet α incrementum.

Orpheus in Argonaut. λάασι δ' εὐτύκτοις δωμήσατο οἶκον ἀνάσση.

Lapidibus politis ædificauit Regina domum.

IV. Ἄλφα incrementum masculinorum & fœmininorum in αρ & λς breue est. ὁ μάκαρ, *beatus*, ἡ δάμαρ, δάμαρος, *vxor*. ἡ ὄαρ, *coniunx vel colloquium*. ἡ ἅλς, *mare*. ὁ ἅλς, *sal*.

Homer. Iliad. 1. εἰς ἅλα δῖαν, *in sacrum mare*.

Theocr. Idyll. 27. φῂς μοι πάντα δόμεν τάχα δ' ὕστερον οὐδ' ἅλα δοίης.

Ais te mihi omnia daturum, forte postea ne salem dederis.

ANNOTATIO.

Hinc excipiendum videtur ψὰρ ψαρὸς, *sturnus*, producitur enim apud Homer. Iliad. 17.

Τῶν δ' ὥστε ψαρῶν νέφος ἔρχεται ἠὲ κολοιῶν.

Vt sturnorum nubes seu turma, vel graculorum aduenit.

Item; ὁ κὰρ καρὸς, ex Caria, Hom. Iliad. 2.

Νάστης αὖ καρῶν ἡγήσατο βαρβαροφώνων.

Nastes Carum barbaræ linguæ dux fuit.

Theocritus tamen Idyll. 17. corripuit hoc incrementum.

Σημαίνει λυκίοισι φιλοπτολέμοις τε κάρεσσι.
Lyciis imperat & bellicosis Caribus.

V. GENITIVVS αν⊙ à recto αν longus est, quod plerumque ex accentu liquet, ὁ τιτὰν, τιτᾶνος, *Titan.* ὁ ἀλκμὰν, ἀλκμᾶν⊙, *Alcman.* ὁ παιὰν, παιᾶν⊙, *Pæan.* ὁ πὰν, πανὸς, *Pan, pecoris custos.*

ANNOTATIO.

Excipiuntur duo neutra, μέλαν, μέλαν⊙, *nigrum.* τάλαν. τάλαν⊙, *miserum.*

VI. GENITIVVS in αος à nominibus ναῦς, *nauis.* γραῦς, *anus, vetula*, breuis est, sicut & illud incrementum, nominum syncopen patientium, ὁ πατὴρ πατράσι, ἀνδράσι μητράσι, θυγατράσι. Datiuus πᾶσι longum incrementum habet, vt patet ex accentu, sic ἅπασι, σύμπασι, longa sunt.

Alcæus, τὸ μὲν γὰρ ἔνθεν κῦμα κυλίνδεται,
τὸ δ' ἔνθεν, ἄμμες δ' ἂν τὸ μέσον ναῒ
φορήμεθα σὺν μελαίνᾳ.

Alius enim fluctus hinc voluitur, alius inde, nos autem in medio cum naue agitamur atra.

ANNOTATIO.

Apud Theocritum Idyll 17 legitur ναὸς prima longa.
οὐδέ τις αἰγιαλόνδε θοᾶς ἐξάλατο ναός.
Neque quisquam in littus veloci exiliit naui.

Cæterum hic genitiuus Doricus est pro νηὸς, à Recto νηὺς. Vtuntur autem Poetæ plerumque his obliquis, νηός, νηΐ, νῆες, vel ναὸς, sic γραῦς γρηός.

VII. A incrementum à nominibus in ψ corripitur ὁ ἄραψ, ἄραβ⊙, *Arabs.* ἡ λαίλαψ, λαίλαπ⊙, *turbo* Hom. Iliad. 11.

αὐ τὰρ

αὐτὰρ ἐγὼν ἐνόρουσα κελαινῇ λαίλαπι ἴσος.

Ego irrui nigro turbini similis.

ANNOTATIO.

Φὰψ φαβὸς, auis quoddam genus, nonnulli palumbem interpretantur, videtur incremento longo constare.

VIII. A incrementum à nominibus in ξ, aliquando breue est, aliquando longum, ὁ κόραξ, *coruus*. κόρακος, ὁ κόλαξ, *adulator*. κόλακος, ὁ καὶ ἡ φύλαξ, *custos*, φύλακος. ὁ πίναξ, *tabula*. ὁ ἄβαξ, *abax*, *abacus*. ἡ πλάξ. πλακὸς, *tabula*. ὁ ἄνθραξ, *carbo*. ὁ ἅρπαξ; *harpago*, *raptor*. ὁ στύραξ, *styrax*. ἡ κλίμαξ, *clymax*. ὁ μύσταξ, *mystax*. ἡ μάσταξ, *mandibula*. ὁ, ἡ πίδαξ, *fons*, *scaturigo*. ἡ αὖλαξ, *sulcus*. ἡ λάρναξ, *vrna*. omnia hæc α breue habent.

A τὸ φαίαξ, *Phæax* ὁ θώραξ, *thorax*, ὁ ἱέραξ, *hierax*. ἡ ῥάξ, ῥαγὸς, *acinus*, & similia α habent longum.

Lib. 1. Epigr. ῥῶ καὶ λάμβδα μόνον κόρακας κόλακάς τε διιστᾷ.

Solum R & L secernit coraces, id est, *coruos & colaces*. id est, *adulatores*.

Theoc. Idyll. 10. ὅς νῦν ἀρχόμενος τᾶς αὔλακος οὐκ ἀποτρώγεις.

Qui nunc incipiens sulcum non demetis.

Hom. Iliad. 6 γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα πολλά.

Scribens in conuoluta tabella multa tristia.

Πίδακος ἐξ ἱερῆς Callimach. Et passim apud Homer. πολυπίδακος ἴδης *Idæ multorum fontium*.

Homer. Odyss. 4. ἀλλ' ὀδύνας δὺς ἐπὶ μάστακα χερσὶ πιέζε.

Sed Vlysses os seu mentum manibus compreßit.

Tryphiod. μύστακα δ' ἀρρήκτοισιν ἀλυκτοπέδῃσι μεμαρπὼς:

εἶχεν ἐπικρατέως.

Labrum seu mentum firmis vinculis comprehensum tenebat fortiter.

Odyss. ψ. ἀλλά με κεῖνος ἑλὼν ἐπὶ μάστακα χερσὶν.

οὐκ ἔα εἰπέμεναι.

Sed ille me mento apprehensum non sinit loqui.

ANNOTATIO.

Vulgo producitur mystax mystacis, cum tamen Poetæ Græci corripiant, vt ex allatis exemplis constat.

Quæ nomina in αξ, incrementum habeant breue, quæ longum, varia præcepta traduntur. Primum enim sunt qui dicant, omnia nomina plurium quam duarum syllabarum habere α, longum: maxime si penultima sit breuis. ὁ ἱέραξ, ἱέρακος, *accipiter*. ὁ οἰκοφύλαξ, οἰκοφύλακος, *custos domus*. Ita præter cæteros Lascaris in sua Grammatica.

Cæterum nisi præceptum hoc intelligatur de simplicibus vocabulis, non erit verum. Nam ὁ νυκτικόραξ, ὁ δεσμοφύλαξ, & ipsum Lascaris exemplum, ὁ οἰκοφύλαξ, α breue habent, & multo magis ὁ καὶ ἡ ἐριβῶλαξ, ferax, ὁ καὶ ἡ πολυπίδαξ, *fontibus abundans*; Et tamen omnia illa pluribus, quam duabus syllabis constant: sequuntur autem hæc & similia composita naturam & quantitatem simplicium. Nec refert quod apud Manilium libr. 1. legimus.

Permeat Arctophylaca petens per terga draconis.

Nam metri necessitate produxit breuem.

SECVNDO dicunt in dissyllabis tunc α incrementum esse longum, cum prior vocalis natura longa est. ὁ φαίαξ, φαίακος, Phæax, ὁ θώραξ, θώρακος, *thorax*. ὁ πλούταξ, *valde diues*, ὁ οἴαξ, *temo, nauis gubernaculum*. Hæc eodem loco idem

idem Lascatis. Sed tamen præceptum hoc certum non est. Nam & ἡ αὖλαξ, *sulcus*, primam natura longam habet, & similiter ὁ vel ἡ πίδαξ, *fons*, & ἡ βῶλαξ, *gleba*, & ὁ δρώπαξ, *dropax*, *medicamenti species*, & tamen in obliquis corripiuntur. Priorum attulimus iam exempla. βῶλαξ corripitur apud Theocritum. Idyll. 17.

Νεῖλος ἀναβλύζων διερὰν ὅτε βώλακα θρύπτει.

Nilus cum exundans humidam glebam comminuit.

Alterius incrementum breue est apud Ausonium epigram. 123. Hinc ruit etiam illa generalis præceptio cum dicunt, si penultima positione duntaxat longa sit, tunc α incrementum esse breue, ὁ ἅρπαξ, *rapax*. ὁ κήρυξ, *vociferator*. Excipiunt ὁ κόρδαξ, *cordax*, *genus saltationis comica*.

Sed vt hoc maxime verum sit, non tamen omnem mihi scrupulum eximet hæc regula. Nam si occurrat ὁ μύσταξ, vel ἡ κάσταξ, verbi gratia, vel ἡ λάρναξ, *vrna*, nunquam me docebit vtrum prima syllaba sola positione, an vero positione simul & natura sit longa. Nam qui hoc negant fieri posse, velim dicant, quantum sit α in his vocabulis. ὁ θώραξ, & ἱέραξ, & μᾶλλον, *magis*. Annon est longum natura & positione.

TERTIO sunt qui dicunt, si α nominatiui breue sit, tunc etiam breue futurum in incremento. Sed neque hoc præceptum reddit me certum de quantitate. Nam licet interdum ex accentu circumflexo cognoscere possimus α vltimæ syllabæ esse breue, vt ἡ ἄλαξ, ἡ ῥᾶξ, sæpe tamen hoc præsidio destituemur, tum quia non omnes accentum circumflexum notant in syllaba longa antecedente alteram sola positione longam, tum quia saltem in aliis vocabulis, vbi prima syllaba positione duntaxat longa est, nesciemus quantum sit posterius alpha, ἡ λάρναξ, ὁ ἅρπαξ, tum quia fieri potest, vt anceps in recto sit longa natura, in obliquis vero breuis, σῦς, συὸς, *sus*, μῦς, μυὸς, *mus*, πῦρ, πυρὸς, *ignis*.

Itaque nihil certo & constanter hic præscribi potest, quamuis partim ex Latina Prosodia, præsertim Emma-

nuelis, partim obseruatione & notatione, partim etiam his qualibuscunque præceptis satis multa de harum vocum in αξ quantitate cognoscere liceat.

Illud etiam obseruetur tanquam signum certum, tunc α, harum & similium dictionum esse longum, cum à poetis vertitur in η. Nullum enim α breue à nominibus in αξ mutant ipsi in η. Theoc. Idyll. 9.

ἴρηκες δ᾽ ἴρηξι, pro ἱέρακες ἱέραξι.

Accipitres accipitribus chari sunt.

Et sæpe apud Homerum occurrit θώρηκες, pro θώρακες.

CAPVT X.

DE IOTA INCREMENTO QVINTÆ DECLINATIONIS.

I.

IOTA incrementum nominum neutri generis, breue est, τὸ μέλι, μέλιτος, *mel.* τὸ σίνηπι, σινήπιος.

II. FOEMININORVM quoq; & masculinorum barytonorum in ιος & ιδος & ιτος, ἡ πόλις, πόλιος, *ciuitas.* ἡ ἔρις, *lis.* ἔριδος. ἡ χάρις, *gratia,* χάριτος. ἡ θέμις, *ius, fas,* θέμιτος, vel θέμιδος; item que τίς, τίνος, tam interrogatiuum quam infinitum cum suis compositis ὅστις, ἥτις, ὅ, τι. ὁ ὄφις, *serpens.* ὄφιος. ὁ πάρις, *Paris.* ὁ καὶ ἡ νῆστις, νήστιδος, *ieiunus.*

III. FOEMININORVM etiam oxytonorum in ιδος, ἡ πατρὶς, πατρίδος, *patria.* φίλην εἰς πατρίδα γαῖαν.

γαῖαν, passim apud Homerum, ἡ ἀμαρυλλὶς, ἀμαρυλλίδος, *Amaryllis*. ἡ ἑλληνὶς, ἑλληνίδος, *mulier Græca*. ἡ ἀσπὶς, *clypeus*. ἀσπίδος.

EXCEPTIONES.

EXCIPIVNTVR tamen primo fœminina & masculina dicatalecta, id est, quæ duas habent in Recto terminationes, ὁ δελφὶς, δελφῖνος, *delphinus*. ἡ ἀκτὶς, *radius*, ἀκτῖνος, ἡ σαλαμὶς, σαλαμῖνος, *Salamis*, & similia, quæ etiam in ιν desinunt, δελφὶν, ἀκτίν.

SECVNDO excipiuntur monosyllaba siue sint duarum terminationum, siue vnius tantum, præter δὶς, διὸς, *Iuppiter*, quod breue est. ὁ vel ἡ θὶν θινὸς, *littus*. ἡ ῥὶν, *nasus*, ἡ ἲν vel ἴς. *fibra*, seu *vis* ἰνὸς, ἰνὶ ἶνα. λὶς, λιτὸς. *pannus lineus, subtilis*. ὁ λὶς, seu λὶν, λιὸς, *leo*. ὁ κὶς, κιὸς, *vermiculus qui in ligno vel frumento nascitur*. Theoc. Idyll. 2.

ἐκβάντες δ᾽ ἐπὶ θῖνα βαθὺν καὶ ὑπήνεμον ἀκτήν.

Exscindentes in littus & in oram ventis subiectam.

Idem Idyll. 1. αἱ δέ οἱ ᾠδήκαντι κατ᾽ αὐχένα πάντοθεν ἶνες.

Vndique tument illi in ceruice fibræ seu venæ.

Homer. Iliad. 8 ἅρματα δ᾽ ἀμβωμοῖσι τίθει κατὰ λῖτα πετάσσας.

Currus vero super altaria posuit, linea tegumenta obtendens.

Theod. λιὸς ὀρεσκῴοιο ἀγλωσσέλλω ποτὲ Σαμψών.

Montani leonis vim olim domans Sampson.

Theocrit. Idyll. 1. καί οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται.

Semper ei in naso acris bilis insidet.

ANNOTATIO.

Pleraque ex prædictis accentu cognoscuntur, si enim nomen accentum circumflexum in accusatiuis, & nominatiuis pluralibus habeat, signum est vocalem illam vbique esse longam, vt θῖν, θινὸς, θῖνα: alias haud circumflexo, sed acuto notaretur. Illud λῖπα, quo vtitur Homerus, deducunt aliqui à singulari λῖπον, interim tamen, vt monet etiam Eustathius Iliad. 8. inuenitur datiuus λιτὶ, Hom. ἑανῷ λιτὶ κάλυψεν, quem Grammatici à recto τὸ λῖς deducunt, & est generis neutri.

Si enim secundum Eustathium datiuus hic est generis neutri, necesse est, etiam Rectum illius esse generis neutri qualiscunque tandem sit. Alii aiunt esse generis masculini ὁ λῖς. Celebrant porro poetæ à nomine λὶς seu λῖς, *leo*, præcipue accusatiuum λῖν.

Ait Lascaris primam in λιὸς etiam breuem reperiri, sed non adfert exemplum.

Tertio excipitur ὁ καὶ ἡ ὄρνις, ὄρνιθος, *auis, ales*, penultima longa, ἡ μέρμις, μέρμιθος *funiculus*, & ἐϋκνήμιδες, passim apud Homerum. ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοὶ, *bene ocreati Achiui.*

Hom. Odyss. 5. ἔνθα δέ τ' ὄρνιθες τανυσίπτεροι εὐνάζοντο.

Vbi volucres alatæ stabulant seu cubile ponunt.

Theocrit. Idyll. 7. καὶ Μοισᾶν ὄρνιχες ὅσοι ποτὶ Χῖον ἀοιδὸν Ἀντία κοκκύζοντες.

Et Musarum volucres, quæ crocitant contra Chium cantorem. Nam Dores ὄρνιχος dicunt ab ὄρνιξ.

Pho-

Phocyl tamen corripuit.

ὄρνισι μὲν πολλὴν ταχυτῆτ', ἀλκὴν δὲ λέουσι.

Volucribus quidem multam celeritatem, fortitudinem vero leonibus.

Hom. Iliad. 1. Ἀτρεΐδαί τε καὶ ἄλλοι ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοί.

Atridæ & alii bene ocreati Achæi.

Odyss. 10. κατέδει μέρμιθι φαεινῇ.

Alligabat funiculo pulchro.

QVARTO excipiuntur nonnulla quæ iota genitiui circumflectunt, ἡ κρηπὶς, κρηπῖδος, *crepido.* κνημὶς, κνημῖδος, *tibia.* ἡ σφραγὶς, σφραγῖδος, *sigillum.* ἡ κληὶς, κληῖδος, *clauis.* ἡ ἀψὶς, ἀψῖδος, *fornix, arcus.*

ANNOTATIO.

Quæ ab huiusmodi vocabulis iota longum habentibus componuntur, retinent ipsum quoque iota longum, etiamsi mutetur accentus, ὁ χρυσάκτις, *aureos radios habens.* ὁ εὐκνήμις, *bene ocreatus.*

IV. Iota incrementum nominum in ιξ & ιψ breue est, ἡ θρὶξ, τριχὸς, *capillus.* ὁ καὶ ἡ καλλίθριξ, καλλίτριχος, *pulchricomus.* hinc passim apud Homerum, καλλίτριχες ἵπποι, *pulchricomi equi.* ὁ καὶ ἡ ὕστριξ, *hystrix, species erinacii.* ἡ στὶξ, στιχὸς, *ordo, series.* ἡ κύλιξ, κύλικος, *calix.* ὁ κίλιξ, κίλικος, *Cilix.* ἡ ἕλιξ, ἕλικος, *inuolucrum.* ὁ καὶ ἡ ἧλιξ, ἥλικος, *æqualis ætate.* ὁ καὶ ἡ ὁμήλιξ, ὁμήλικος, *coætaneus,* ἡ χοῖνιξ, *chœnix, semodius.* ὁ χέρνιξ, χέρνιβος, *pollubrum, seu aqua qua lauantur manus.* ἡ κατῆλιψ *scala,* κατήλιφος, ὁ καὶ ἡ αἰγίλιψ, αἰγίλιπος, *petra quæ à capris relinquitur ob altitudinem.*

Homer. Iliad. 4. ἀμφὶ δὲ μιν κρατεραὶ στίχες ἀσπιστάων.

Circa illum erant robusti ordines clypeatorum.

Hom. Odyss. 1. χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα.

Aquam vero ancilla ex gutto seu pollubro fundebat ferens.

ANNOTATIO.

Adde his composita à τρίψ, ὁ παιδοτρίψ, idem quod παιδοτρίβης, pædotriba, ὁ οἰκότριψ, *verna, seruus verna lus*, dicitur etiam οἰκοτρίβης, ἀλοτρίψ, pistillus quo sal contunditur ἀλετρίβανος. Interpres Aristoph. ἐ τοῦτον δ' οἰκοτριβα ἀλοτρίβα, & hunc bicipitem pistillum salis. Est autem penultima in voce παιδοτρίβης, *pædotriba*, breuis tam apud Græcos, quam apud Latinos, sicut & vox ἡ τρίβος, quæ terendo viam significat. Hinc παιδοτριβικῶς, Arist.

ἀλλ' εὖ λέγεις καὶ παιδοτριβικῶς ταῦτά γε.

Benedicis hæc & pædotribice.

Excipe ἡ τέττιξ, τέττιγος, *cicada*. ὁ καὶ ἡ πέρδιξ, πέρδικος, *perdix*. ἡ μάστιξ, μάστιγος, *flagellum*. ἡ σμῶδιξ, *vibex*. ὁ φοίνιξ, φοίνικος, *phœnix*. item, *palma*. ὁ σκάνδιξ, *scandix* & ἄϊξ, ἄϊκος, *impetus*. ὁ καὶ ἡ πολυάϊξ, πολυάϊκος, *impetuosus*. & monosyllaba. ὁ ῥίψ, ῥιπός, *ramus salignus, vimen textile*. ἴψ, ἰπός, *vermis species quæ cornua corrodit*, vt ait Eustathius Iliad. 1.

Theoc. Idyll. 9. τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος μύρμαξ δὲ μύρμακι.

Cicada amica est cicadæ, & formica formicæ.

Oppian κυνηγ. 2. πέρδικες θοῦροι ἠδὲ πυρώδεες, αἰολόδειροι,

Perdices celeres, flammantes, & varii colli.

Hom.

Hom. Iliad. 10. τόξῳ ἐπιπλήσσων, ἐπεὶ οὐ μάστιγα φαεινὴν.

Telo percutiens, quia scuticam seu flagellum non (habebat.)

Hom. Odyss. 15. ἔνθα δὲ Φοίνικες ναυσίκλυτοι ἤλυθον ἄνδρες.

Vbi vero Phœnices nauibus inclyti viri venerunt.

Dionys. Ἀκρόκομοι φοίνικες ἐπηρεφέες πεφύασι.

Vbi palmæ alticomæ, opacæ, ortæ sunt.

Homer. Odyss. 21 μὴ κέρας ἶπες ἔδοιεν ἀποιχομένου βασιλῆος.

Ne abeunte Rege vermes cornu corroderent.

Iliad. 11. ἀλλὰ τὸ μὲν πλεῖον πολυάικος πολέμοιο.

Sed plurima pars belli violenti mihi incumbit.

ANNOTATIO.

Σμῶδιξ etiam σμώδιγγος habet à recto σμῶδιγξ, Hom. Iliad ψ

Πυκναὶ δὲ σμώδιγγες ἀνὰ πλευράς τε καὶ ὤμους.

Frequentes erant vibices per latera & humeros.

D Gregorius Nazianzenus corripit incrementum nominis μάστιξ

Μάστιγας Αἰγύπτοιο κακόφρονος αἰὲν ἀέθλμει.

Semper numera male sanæ plagas Ægypti.

Capvt XI.

De Y Incremento Qvintæ Declinationis.

I.

Y Incrementum à nominibus monoſyllabis in υς,& à neutris in υ,& à paroxytonis,& oxytonis, & periſpomenis in υς & υρ, breue eſt, ut ἡ σῦς, ὗς, ſus, συὸς, ὁ μῦς, mus, μυός. ἡ δρῦς, quercus, δρυός. τὸ γόνυ, γόνυος, genu. τὸ δόρυ, δόρυος, haſta. τὸ δάκρυ, δάκρυος, lachryma. ὁ βότρυς, botrus, βότρυος. ὁ νέκυς, νέκυος, mortuus. ὁ στάχυς, ſpica, στάχυος. ἡ χλαμὺς χλαμύδος, chlamys. ὁ ἰχθὺς, vel ἰχθῦς, ἰχθύος. piſcis. ἡ ὀφρῦς, ὀφρύος, ſupercilium. ἡ ὀσφῦς, ὀσφύος. lumbus ὁ μάρτυρ, μάρτυρος, teſtis. ὁ ψίθυρ, ψίθυρος, ſuſurro, quibus adde, τὸ πῦρ, πυρὸς, ignis. ὁ καὶ ἡ κύων canis, κυνὸς.

Odyſſ. 10. ἔδμεναι οἷα σύες χαμαιευνάδες αἰὲν ἔδουσι.

Edere ſicut ſues humi cubantes ſemper edunt.

Tryphyod. Δάκρυσι λαθριδίοισιν ἐπικλαύσαντες Ἀχαιοί.

Lachrymis occultis allachrymabantur Græci.

Homer. Iliad. 24. ἔρχεται ὠμηστῇσιν ἐπ' ἰχθύσι κῆρα φέρουσα.

Venit mortem ferens piſcibus.

Odyſſ. 4. αὐτὰρ ὁ πικρὸν ὑπ' ὀφρύσι δάκρυον εἶβε.

Caeterum ille amaras fundebat sub supercilio lachrymas.

EXCEPTIO.

Producitur à Theocrito Idyll. 4. ἡ κώμυς κώμυθος, *fasciculus, manipulus.* καὶ μαλακῶ χόρτοιο καλαὶ κώλυθα δίδωμι, *& mollis graminis bonum do manipulum.* Inuenies alia quoque nonnunquam à Poetis producta, vt ἰλὺς, ἰλύος, *limus.* Iliad. 21.

Κείσετ' ὑπ' ἰλύος κεκαλυμμένα.

Iacebunt (arma illius) limo tecta.

II. NOMINA in υν, quæ etiam in υς desinunt, incremento longo constant, ὁ Φόρκυν, καὶ Φόρκυς, Φόρκυνος, *Phorcys.* ἡ γόρτυν, γόρτυνος, *Gortyn, ciuitas Cretæ.* ὁ μόσυν, μόσυνος, *turris vel domus lignea vel sedes.*

Homer. Odyss. 1. Φόρκυνος θυγάτηρ, *filia Phorcyni.*

Idem Odyss. 3. ἐσχατιῇ γόρτυνος ἐν ἠεροειδέϊ πόντῳ.

Ad fines Gortynis in obscuro ponto.

Apoll. Αὐτὰρ ἐν ὑψίστῳ βασιλεὺς μόσυνι θαάσσας.

Caeterum rex in altißima sede sedens.

Dion. καὶ οἱ μόσυνας ἔχουσι δουρατέους.

Et qui ligneas habent ædes.

III. NOMINA in ξ & ψ fere habent breue incrementum, ὁ ὄνυξ, ὄνυχος, *vnguis*, ἡ ἄντυξ, ἄντυγος, *ambitus orbis, seu curuatura rotæ.* ἡ πτέρυξ, πτέρυγος, *ala.* ὁ vel ἡ ἄμπυξ, ἄμπυκος, *reticulum, redimiculum muliebre*, ἡ στὺξ, στυγὸς, *Styx.* ἡ πτὺξ, πτυ-

χὸς, *plica inuolucrum.* ἡ κάλυξ, κάλυκος, *folliculus.* ὁ χάλυψ, χάλυβος, *Chalybs.* κίνυψ, κίνυφος, *Cinyps, nomen fluuii,* ὁ ἔρυξ, ἔρυκος, *Eryx, nomen montis.*

Lib. 3 Epigram. οὐκ ἔτι δὴ πτερύγεσσι λιγυφθόγγοισιν ἀείσῃς.

Non amplius canes alis canoris,

Hom. Iliad. 18. πάντοσε δαιδάλλων περὶ δ' ἄντυγα βάλλε φαεινὴν.

τρίπλακα, μαρμαρέην.

Vndique varigans, circumque circulum iecit lucidum, triplicem, splendentem.

Theoc. Idyll. 1. ἀσκητὰ πέπλῳ τε καὶ ἄμπυκι· πὰρ δέ οἱ ἄνδρες.

Ornata peplo & redimiculo, iuxta illam autem viri sunt.

EXCIPE ὁ κόκκυξ, *cuculus,* ὁ βόμβυξ, *bombyx,* κήϋξ, *Ceyx;* Vide Emmanuelem.

ὁ κήρυξ, *præco,* communiter producitur. Iliad. 1. χαίρετε κήρυκες διὸς ἄγγελοι, *saluete præcones, Iouis nuncii.* legitur tamen correptum apud Homer. Iliad. 17.

κήρυκι ἠπυτίδῃ.

ὁ βέβρυξ, βέβρυκος, *Bebryx,* anceps est.

Theocr. Idyll. 22, κόγχῳ φυσηθέντος ἀεὶ βέβρυκες κομόωντες

Inflata concha (conuenerunt) Bebryces semper comati.

Hom. Iliad. 2 Βεβρύκων βασιλῆος.

ὁ γρὺψ, γρυπὸς, *Gryps,* & ὁ γύψ, γυπὸς, *vultur,* longum habent.

Iliad. 22. τάχα κέν ἑ κύνες καὶ γῦπες ἔδονται.
Comedent ilium vultures & canes.
Et hæc de incrementis nominum.

CAPVT VII.

DE QVANTITATE VERBORVM IN PRÆSENTI ET IMPERFECTO.

I.

QVANTA est syllaba immutabilis in præsenti, tanta est in imperfecto, tam actiuo quam passiuo omnium modorum, etiam in participiis, κρίνω, *iudico*, ἔκρινον, κρίνομαι ἐκρινόμην, κρινόμενος, prima vbique longa. γράφω, *scribo*, γράφομαι, ἔγραφον, ἐγραφόμην, γραφόμενος, prima breui.

II. VERBA in υνω producunt penultimam in præsenti & in imperfecto, μολύνω, *contamino*. πραΰνω, *mitigo* βραδύνω, *tardo* ἰθύνω *dirigo*. ἀμύνω, *vlciscor, seu auxilior, propulso*. δύνω, *subeo, ingredior*, & alia huius generis.

Odyss. 8. ἄστεϊ καὶ τεκέεσσιν ἀμύνων νηλεὲς ἦμαρ.
Ab vrbe & liberis crudelem diem propulsans.

III. VERBA in αινω, vt μαθαίνω, *disco*. βλαστάνω, *germino*. ἁνδάνω, *placeo*. λαμβάνω, *accipio* λαπαίνω, *fortior*. & similia penultimam habent breuem. Iliad 1.

ἀλλ' οὐκ Ἀτρεΐδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ.

Se

Sed non placebat animo Atreidæ.

Soph. Elect. αἴχιςα πάντων ἔργα δρῶσα τυγχάνεις.

Turpissima omnium facinora facis.

Idem ibidem. ὡς τῆς θυγατρὸς ἀντίποινα λαμβάνεις.

Quod ob filiam reposcas pœnam.

EXCIPE Εἰκάνω, venio. κιχάνω, inuenio, assequor. φθάνω, præuenio, præoccupo.

Iliad. 2. καρπαλίμως δ' ἵκανε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν. —

Statim autem peruenit ad celeres Græcorum naues.

Corripitur tamen in βατραχ.

καὶ πτέρνης λαβόμην, κ οὐ πόνος ἵκανεν ἄνδρα.

Calcaneum apprehendo, neque dolor occupat virum.

Iliad. 9. πολλὸν ὑπεκπροθέει, φθάνει δέ τε πᾶσαν ἐπ' αἶαν.

Longe præcurrit, anteuertit autem omnem terram.

Iliad. 22. νῦν δ' αὖτέ με μοῖρα κιχάνει.

nunc mors me assequitur.

Iliad. ρ. θείων ἐκίχανεν ἑταίρους.

Currens assecutus est socios.

ANNOTATIO.

QVIDAM, inter quos Renatus Guillonius in sua Grammatica, tradunt nonnulla in ανω formari à futuro & illa penultimam habere longam, αὐξάνω *cresco*, ab αὐξήσω οἰδάνω, οἰδάνομαι, ab οἰδέω, οἰδήσω, tumefacio, turgeo, tumefio. οἰδάνω tamen corripitur ab Homero Iliad. 1.

ὅςε κ ἄλλων

οἰδάνει ἐν στήθεσσι νόον πύκα περ φρονεόντων.

Quæ (ira) & aliorum inflat in pectoribus mentem pruden-ter quamuis ſapientium.

Ibid. ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ ὅπποτ' ἐκείνων μνήσομαι.

Cor mihi ira turgeſcit quoties illorum recordor.

IV. VERBA in υω & ιω ſiue duarum ſiue plurium ſyllabarum, ſæpe producunt penultimam, & ſæpe etiam corripiunt, πτύω, *ſpuo.* ποιπνύω, *miniſtro.* ἱδρύω, *ſtatuo, ſedere facio.* ἐρητύω, *cohibeo, reprimo.* μηρύω ſeu μηρύομαι, *reuoluo, glomero.* ὠρύω ſeu ὠρύομαι, *vlulo.* θύω, *ſacrifico.* λύω, *ſoluo.* ῥύομαι, *libero.* δακρύω, *lachrymor.* κωκύω, *eiulo.* δύω, *ſubeo.* φύω, *naſcor.* ἐρύω, *traho.* κυλίω, *voluo.* μηνύω, *indico, ſignifico.* ἀνύω, *perficio.*

Theocr. Idyll. 24. ἐπὶ χθονὶ γαστέρας ἄμφω αἱμοβόρως ἐκύλιον ἀπ' ὀφθαλμῶν δὲ κακὸν πῦρ
ἐρχομένοις λάμπεσκε, βαρὺν δ' ἐξέπτυον ἰόν.

Humi ventres ambo (ſerpentes)

Sanguinem vorantes, voluebant, ab oculis vero mala flamma

Venientibus lucebat noxiumque exſpuebant venenum.

Iliad. I. ὡς ἴδον Ἥφαιστον διὰ δώματα ποιπνύοντα.

Vt viderunt Vulcanum per domum miniſtrantem.

Odyſſ. 3. ὡς ἔφατ οἱ δ' ἄρα πάντες ἐποίπνυον, ἦλθε μὲν ἄρ βοῦς.

Sic dixit, illi vero omnes adminiſtrabant, venit vero bos.

Odyſſ. 13. ἠμήεις ἔσομαι ὅτε με βροτοὶ οὔτι τίουσι.

Ero honoratus cum mortales me minime colant.

Odyſſ.11. Πρὶν μὲν γάρ σε ζῶον ἐτίομεν ἶσα θεοῖσι.

Antea enim te viuum honorabamus vt Deum.

Odyſſ.7. καί μιν ἔτισ' ὡς οὔτις ἐπὶ χθονὶ τίεται.

Honorauit illum, vt nullus alius in terra honoratur.

CAPVT XIII.

DE QVANTITATE VERBORVM IN FVTVRIS & Aoriſtis.

I.

FVTVRVM primum quintæ coniugationis perpetuo corripit penultimam. ψάλλω, ψαλῶ, *pſallo.* αἴρω, ἀρῶ, *tollo.* μολύνω, μολυνῶ, *contamino.* κλίνω, κλινῶ, *reclino.*

ANNOTATIO.

Ex hac regula ſequitur omnia futura prima quintæ coniugationis vocis actiuæ & mediæ omnium modorum breuia eſſe in illa ſyllaba, quæ penultima fuit in futuro primo vocis actiuæ. κρινῶ, κρινοῖμι, κρινεῖν, κρινῶν, κρινοῦμαι, κρινοίμην, κρινεῖσθαι, κρινούμενος, μολυνῶ, μολυνοῦμαι.

II. ANCEPS aoriſti ſecundi eſt breuis: κρίνω, *iudico.* ἔκρινον. λείπω, *relinquo,* ἔλιπον. φεύγω, *fugio;* ἔφυγον. τρώγω, *comedo.* ἔτραγον. λήβω, ſeu λαμβάνω, *accipio,* ἔλαβον. φράζω, *loquor,* ἔφραδον. ὀρύττω, *fodio,* ὀρύξω, ὤρυγον. ψάλλω, ἔψαλον. fieri tamen poteſt, vt obſtet huic præcepto poſitio, quam ſemper

ſemper exceptam volumus. Et eſt cum ètiam ſine poſitione penultima producitur.

Homer. in βατϱ. οὐδέ πότ' ἐκ πολέμοιο κακὴν ἀπέφυγον ἀϋτήν,

Nunquam ex bello malum effugi clamorem.

Ibid. Νήδυμος οὐκ ἀπέφυγεν ὕπνος, δάκνοντος ἐμοῖο.

Suauis non aufugit ſomnus, me mordente.

ANNOTATIO.

Ex hac regula cognoſces breuem eſſe ſyllabam reſpondentem penultimæ huius Aoriſti in omnibus Aoriſtis ſecundis, quorumcunque modorum, etiam vocis paſſiuæ, & in futuris ſecundis actiuis & mediis, quæ ſemper primam ſyllabam ſimilem habent penultimæ Aoriſti actiui. τύπτω, ἔτυπον, ἐτύπην, τυπήσομαι, τυπησοίμην, τυπῶ, τυπήσεσθαι, τυπησόμενος, τυποῦ, τυποῖμι, τυπεῖν, τυπὼν, τυποῦμαι, τυποίμην, τύπωμαι, τυπούμενος, prima vbique breui, quia in Aoriſto ſecundo actiuo breuis eſt.

III. AORISTVS primus actiuus tam in quinta, quam in aliis coniugationibus penultimam habet longam, τίω, *honoro*, τίσω, ἔτισα. λύω, *ſoluo*, λύσω, ἔλυσα. Homerus Iliad. I.

Χωόμενος, ὅτ' ἄριστον Ἀχαιῶν· οὐδὲν ἔτισας.

Iratus quod fortiſsimum Achiuorum non honoraueris.

Ibidem, οὐδ' ἀπέλυσε θύγατρα καὶ οὐκ ἀπεδέξατ' ἄποινα.

Neque liberauit filiam, & non accepit pretium liberationis.

ANNOTATIO.

Hoc præcepto facile colligere eſt eandem ſyllabam itidem manere longam in aliorum modorum Aoriſtis primis

actiuæ & mediæ vocis τῖσον, τί(ζαιμι, τίσω, τῖσαι, τίσαις, ἐπισαίμην, τῖσαι, τίζαίμην, & sic de cæteris.

Hom. Iliad. 1. τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσι.

Soluant Danai meas lachrymas tuis telis.

EXCEPTIONES.

EXCIPIVNTVR I. circumflexa nonnulla in εω, quæ in futuro, & quod hinc sequitur in Aoristo quoque primo ε retinent, τελέω, *perficio*, τελέσω, ἐτέλεσα.

II. VERBA quartæ coniugationis, quorum futurum in ζω exit, φράζω, φράσω, ἔφρασα, *loquor*. γουνάζω seu γουνάζομαι, *flexis genibus oro*, ἐγούνασα, ἑτοιμάζω, *paro*. ἡτοίμασα. ἐρίζω, *contendo*, ... σα, νομίζω, *puto*, ἐνόμισα χαλάζω, ἐχάλασα, *laxo, remitto*. κλύζω, *mergo*. κλύσω, ἔκλυσα, quia horum & similium α, vel ι, vel υ, in futuro breue est, quod hinc sequitur etiam in Aoristo primo, cum nulla mutatio interueniat. Theocryt.

ὗς ποτ' Ἀθηναίαν ἔριν ἤρισε.

Sus cum Minerua contendit.

III. IDEM fit etiam in verbis circumflexis in αω. Nam quæcunque ex his ante α vocalem consonantem habent præter ρ, corripiunt alpha in futuro, & in Aoristo primo; producunt vero si habent ρ, vel vocalem ante α. γελάω, γελάσω, *rideo*, ἐγέλασα. θλάω, θλάσω, ἔθλασα, *frango*. σπάω, *vibro*, *flecto*, σπάσω, ἔσπασα. ἐλάω vel ἐλαύνω, ἐλάσω, ἤλασα. *agito*, *impello*. vbique α breue est. at in ἐάω, *sino*. δράω. *facio*. ἀκροάω, *audio*. θεάω *specto*. περάω, *transeo*. πειράω, *conor*, φυράω, ...

sceo. longum eſt alpha futuri & Aoriſti. Homer. Iliad. 1.

οὐ γὰρ πώποτ' ἐμὰς βοῦς ἤλασαν.

Non enim vnquam meas boues abegerunt.

Odyſſ. 18. ὀστέα δ' εἴσω.

ἔθλασεν, αὐτίκα δ' ἦλθεν ἀνὰ στόμα φοίνιον αἷμα.

Illiſit oſſa intro & ſtatim fluxit ex ore ſanguis.

Iliad. 19. ἐκ τ' ἄρα σύριγγος πατρώιον ἐσπάσατ' ἔγχος.

Ex vagina paternum eduxit gladium.

VI. POETÆ in huiuſmodi Aoriſtis σ interdum geminare ſolent, vt penultima producatur, ἐτέλεσσα, ἐγέλασσα, φρασσάμενος, pro φρασάμενος. Iliad. 1.

αὐτὰ δ' ἱστία λευκὰ πέτασσαν.

Alba vela extenderunt.

V. INTERDVM producunt ſine vlla geminatione. Odyſſ. 10.

σπασσάμενος τανύηκες ἄορ παχέος παρὰ μηροῦ.

Vibrans acutum gladium à craſſo femore.

VI. SÆPE etiam corripitur Aoriſtus ab aliis verbis deductus. ἐρύω. *trabo*, Iliad. 1.

αὖ ἔρυσαν μὲν πρῶτα καὶ ἔσφαξαν καὶ ἔδειραν.

Retro traxerunt primo & mactarunt & excoriarunt.

Iliad. 13. ὁ δέ μιν τίσιν ἶσα τέκεσι.

Honorauit illum perinde ac filios.

Odyſſ. 5. ὀψὲ δὲ δή ῥ' ἀνέδυ, στόματος δ' ἐξέπλυσεν ἅλμην.

Sero vero emersit, & ore vomuit salsuginem.

Theoc. Idyll. 6. ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον.

Ne subirem inuidiam ter in meum sinum expui.

ANNOTATIO.

Superuacaneum existimamus monere tum quoque in Aoristis aliis actiuis & mediis α, vel ι, vel υ, longum esse, cum in Aoristo indicatiui longum est. Iam enim aliquoties diximus eandem esse rationem aliquorum temporum, quæ ab hoc, vt sic dicam, capite descendant.

CAPVT XIV.

DE QVANTITATE VERBORVM IN PRÆteritis.

I.

SI anceps sit breuis in futuro vel Aoristo primo, breuis quoque est in præterito perfecto actiuo & passiuo omnium modorum, γελάω, γελάσω, γεγέλακα, ἐρίζω, ἐρίσω, ἤρικα θλάω, θλάσω, τέθλακα, τείνω, τενῶ, τέτακα, (nam & hoc ex ε natum breue est) κείρω, κερῶ, κέκερκα, κέκερμαι, κέκερσαι, κέκερται, hinc verbalia breuia κέρμα, κέρσις, κερτὸς, ἐκέρθην, κερθήσομαι. φράζω, πέφρακα, πέφρασμαι, πέφρασαι, hinc φράσις. κλίνω, κλινῶ, κέκλικα, κέκλιμαι, κέκλισαι. hinc κλίμα, κλιτὸς, ἑτερόκλιτος. Theocritus Idyll. 6.

ὡς παρ' ἐμὶν κέκελται.
Vt mihi videtur.

ANNOTATIO.

Aliqui χεῖμα circumflectunt, ſed vere acuitur penultima, tum ratione deriuationis, tum quia Nonnus primam corripit.

Εἰς χεῖμα διςὸν ἥϐην.

In iudicium duplex veni.

Quamuis neceſſe non ſit, vt deriuatum eiuſdem ſit quantitatis cum ſuo primogenio, multa enim eſſe quæ ſuæ originis quantitatem non ſequantur, iam ſupra dictum eſt, ſic ἡ κλίμαξ, & τὸ κλῖτος, & ἡ κλιτὺς, producuntur, licet à præterito κέκλιμαι deduci poſſint.

Odyſſ. 21 Κλίμακα δ' ὑψηλὴν προσεβήσατο οἷο δόμοιο.

Scalam altam ſuæ domus aſcendit.

Apollin. κλίτεα παμβώτεια κατασπαίρω ὑπὲρ ἄκρον, ἤπυτεν

Homerus Odyſſ. 2. ἐς κλιτὺν ἀναβὰς καὶ δάσκιον ὕλην.

In montis decliuitatem & denſam ſyluam aſcendens.

II. QVANTA fuit anceps verbi in ſingulari, tanta manet in duali & plurali, τέτυφα. τέτυπα, τετύφατον, τετύφαμεν, τετύπαμεν, ἐτυψάμεθα, τυψάτω, τύψατον, τυψάμενος, α, vbique breui.

EXCEPTIO.

EXCIPE tertiam perſonam pluralem præteriti in ασι, hæc enim longa eſt, τετύφασι, τετύπασι. Iliad. 4.

τὴν δ' ἐθέλω ὅθι τοι φίλοι ἀνέρες ἐκγεγάασι.

Illam volo, vbi tibi dilecti viri nati ſunt.

Mimnermus. ἐστι ἀγαθὸν, κῆρες δὲ παρεστήκασι μέλαιναι.

Non bonum. Parcæ autem nigræ nobis astant.

ANNOTATIO.

Theoc. Idyll. 21. corripuit penultimam præteriti.

ὑψηλαὶ δὲ πεφύκασαν ἀγχόθι πεῦκαι.

Sublimes autem prope nata erant pinus.

Homerus Odyss. 11. τεθνᾶσιν, τιμὴν δὲ λελόγχασιν ἶσα θεοῖσι.

Moriuntur, honorem vero Diis æqualem nacti sunt.

Quidam tamen legunt πεφύκεσαν. Illud etiam Hom. Iliad. 1. peculiare est.

παῖδα δέ μοι λύσαιτε φίλην.

Liberate mihi charam filiam.

III. PARTICIPIVM fœmininum Aoristi primi in ασα longum est, τύψασα, γράψασα, ἀίξασα passim apud Homerum. Et Odyss. α.

ἡ μὲν τὸν πτύξασα, καὶ ἀσκήσασα χιτῶνα.

πασσάλῳ ἀγκρεμάσασα παρὰ τρητοῖσι λέχεσσι.

Illa quidem plicato & aptato indusio, & ex trabe suspenso iuxta vermiculatos lectos, &c.

IV. QVOTIES ex præterito vel κ, vel vocalis abiicitur, anceps quæ remanet corripietur, πέφυκα, πέφυα, δέδοικα, δέδια. Nam licet πέφυκα penultima longa constet, πέφυα tamen penultimam corripit.

V. IN aliis quoque temporibus anceps relicta ex abiectione alterius vocalis pro breui habenda est, ἔφυγον à φεύγω, *fugio*. ἔλιπον à λείπω *relinquo*. ἤλυθον ab ἐλεύθω, *venio*. ἐπύθον à πεύθω, *audio*, πυθόμενος. De qua re iam supra dictum est. cap. 7.

VI. BRE-

VI. BREVES sunt Ancipites in Atticis verborum repetitionibus, tam in primis quam in penultimis syllabis, *ἀκήκοα*, ab *ἀκούω*, *audiui*. *ἀλήλιφα*, ab *ἀλείφω*, *vngo*. *ἐλήλυθα*, ab *ἐλεύθω*, *venio*. *ἐρήρεικα*, ab *ἐρείζω*, *contendo*.

VII. In aliis itidem verbis reduplicationes ancipitum breues sunt, *ἄχημι*, *doleo*, *ἀκάχημι*, *ἀλύκτημι*, *ἀλαλύκτημι*, *in angustias redigo* *ἄλημι*, *ἀλάλημι*, *erro*.

VIII. ANCEPS ante πτ natura breuis est, *βάπτω*, *tingo*. *θάπτω*, *sepelio*. *σκάπτω*, *fodio*. *τύπτω*, *percutio*. *κύπτω*, *inclino*. *κρύπτω*, *καλύπτω*, *abscondo*. *νίπτω*, *lauo*. præter *πίπτω*, *cado*. & *ῥίπτω*, *iacio*. Hinc *βέβαφα*, *τέθαφα*, *ἔσκαφα*, *νένιφα*, penultimam habent breuem, at *τέτυφα*, *κέκρυφα*, *κέκυφα* penultimam habent longam, licet υ in præsenti sit breue natura, & tantum positione longum. Ita docent plèrique.

Nonnus *καὶ νῶτα κεκυφότα τείρετο σίμων*.
Simon dorso incuruus diuexabatur.

ANNOTATIO.

Videtur tamen regula non vsque adeo certa Nam præteritum medium *τέτυπα* à *τύπτω*, videtur penultimam corripere, tum quia inde formantur prima breui, *τυπὴ*, *ictus*, *plaga*, & *τύπος*, *vestigium aut nota pulsando impressa*, tum quia in infinitiuo passiuo præterito penultima non circumflectitur, sed acuitur, *τετύφθαι*, cum iuxta leges accentuum longa ex sua natura ante vltimam breuem, cuiusmodi est αι circumflexo notanda sit, si aliquem habeat accentum.

CAPVT XV.

DE QVANTITATE VERBORVM IN MI.

I.

PROPRIA reduplicatio verborum in μι breuis est in omnibus temporibus, nisi obstet positio. τίθημι, δίδωμι, ἐτίθην, ἐδίδων, τιθείην, διδοίην, δίδομαι, τίθεμαι.

ANNOTATIO.

Dixi reduplicatio propria, Nam impropria etiam extra positionem non corripitur fere, ἵημι, ἱέμενος, ἱείς.

II. ALIORVM verborum reduplicationes itidem corripiuntur. τιθέω, *pono.* διδόω, *do.* τιτρώσκω, *vulnero.* διδράσκω, *fugio.* τιταίνω, *collimo.* sic ὄνημι, ὀνίνημι, *iuuo, prosum.*

Excipitur γίνομαι, seu γίγνομαι, si tamen reduplicatione constat, & γινώσκω.

Hom. Iliad. 24. οὐδέ οἱ αἰδὼς
γίνεται, ἥ τ' ἄνδρας μέγα σίνεται, ἠδ' ὀνίνησι.

Neque ei pudor
Est, qui viros valde lædit, aut iuuat.

Odyss. ȝ. φεῦγον ἐπεὶ γίνωσκον ὃ δὴ κακὰ μήδετο δαίμων.

Fugi, cum viderem quod Deus mala nobis moliretur.

III. Ἄλφα secundæ coniugationis vbique corripitur in duali & plurali actiuæ vocis, & in singulari imperatiui, & in passiuo tam in singulari

lari quam in plurali, exceptis tamen personis in ασι.

ἵστατον, ἱστάτην, ἵστασαν, ἕστασαν,
ἵσταμαι, ἕσταμαι, ἐστάθην, σταθείς.

ANNOTATIO.

Longum tamen est α, præteriti actiui. Nam ἕστακα pro ἕστηκα, dicitur Dorice. Est autem α Doricum longum, hic tamen corripiendum videtur, cum breue sit in passiuo. Illud Theocrit. Idyll. 1. τίνος ὦ γαθὲ τόσσον ἐρᾶσαι, ab ἔραμαι, *amo*. geminato σσ scribendum est. Est porro α etiam in infinitiuo poetico breue, ἱστάναι, ἑστάναι, ἱστάμεναι, ἱστάμεν.

IV. Υ quartæ coniugationis in singulari actiuæ vocis producitur: ζεύγνυμι, ἐζεύγνυν, ἐζεύγνυς, quod in dissyllabis magis aduertitur, δῦμι, κλῦμι, φῦμι, sunt enim properispomena. In duali vero & plurali, & in toto passiuo & medio corripitur υ. Nam vbi cæteræ coniugationes habent η vel ω, in singulari, ibi quarta habet υ productum; vbi vero cæteris in duali & plurali est ε, vel ο, vel α breue; ibi quarta suum quoque υ corripit, Hinc υ, Aoristi secundæ actiuæ vocis indicatiui modi dualis & pluralis numeri longum est; ἔδυτε, quia alia quoque verba in μι, præter hæc duo τίθημι & δίδωμι, longam vocalem in plurali huius aoristi habent.

V. In Imperativo singulari corripitur υ in polysyllabis. κέκλυθι κέκλυτε, ζεύγνυθι: at dissyllaba producuntur. Iliad. 1.

κλῦθί μοι ἀργυρότοξε.
Audi me Apollo.

Homer.

Homer.Iliad.19.ἀλλ' ὄρσεο, πόλεμον δὲ καὶ ἄλλους ὄρνυθι λαούς.

Sed excitare, & in bellum alios impelle populos.

CAPVT XVI.

REGVLÆ COGNOSCENDI QVANTITATEM ANcipitum in primis & mediis syllabis nominum.

I.

ANCEPS vocalis ante aliam siue breuem, siue longam, non corripitur necessario, vt apud Latinos fieri solet. ἰὸς, *venenum, sagitta.* ἀὴρ, *aer.* ἰητὴρ, seu ἰατρὸς, *medicus*, prima longa.

Hom. Iliad. 4. τλαίης μὲν Μενελάῳ ἐπιπροέμεν ταχὺν ἰὸν;

Ausis ne Menelao celerem sagittam immittere.

ANNOTATIO.

Apud Latinos pauca sunt latina, quæ vocalem ante vocalem non corripiant. Quando vero apud Græcos vocalis ante vocalem corripiatur, disces vsu & obseruatione, partim præceptis, partim etiam subsidio Prosodiæ, & linguæ Latinæ; quis enim nescit hoc vocabulum ἀὴρ primam producere, item illa μαχάων, *Machaon*, διδυμάων, ποσειδάων, & similia penultimam habere longam? ἀὴρ corripitur à Phocylide hoc versu:

σῶμα γὰρ ἐκ γαίης ἔχομεν καὶ πάντες ἐς αὐτὴν
λυόμενοι κόνις ἐσμὲν, ἀὴρ δ' ἀνὰ πνεῦμα δέδεκται.

Corpus enim habemus ex terra, & omnes in eam resoluti, puluis sumus, aer vero seu cœlum recipit spiritum.

II. A

II. A in superlatiuo semper corripitur. σοφώτατος, *sapientissimus.* πρᾳότατος, *mitissimus.*

III. Nomina in ια paroxytona, quæ vltimam habent longam, penultimam corripiunt. σοφία, φιλοσοφία, μαρία, συμφωνία, ὀρθογραφία, & alia huius generis.

ANNOTATIO.

Excipi solent hæc, ἀνία, seu ἀνίη, *tristitia.* κονίη, seu κονία, *puluis,* αἰκίη, *iniuria, plaga,* καλιὴ, seu καλιά, *nidus.* ὁρμιή, *tenuis funiculus, linea piscatoria ex setis equinis.*

Est tamen cum corripiuntur.

Theognis. μή ποτ' ἀνήκεστον, Κύρνε λάβῃς ἀνίην.

Ne vnquam tristitiam immedicabilem assumas.

Iliad. 2. πρηνέες ἐν κονίῃσιν ὀδὰξ λαζοίατο γαῖαν.

Proni in puluere mordicus terram apprehendant.

Sophoc. Elect. αὐτὸν κατέπεφνεν αἰσχίσταις ἐν αἰκίαις.

Quæ ipsum occidit iniuria turpissima.

Phocyl. μηδέ τις ὄρνιθας καλιῆς ἅμα πάντας ἑλέσθω.

Neque accipiat quis simul omnes volucres ex nido.

Solent interdum Poetæ solita sua licentia alias quoque quantumuis natura breues dictiones in ια producere, vt Theocritus, seu quis alius auctor, in Syringe.

σύριγξ ὄνομ' ἔχεις ἅδει δέ σε μέτρα σοφίης.

Syrinx nomen habes, canunt vero te metra sapientiæ.

Odyss. 22. ὡς κακοεργίης εὐεργεσίη μέγ' ἀμείνων.

Beneficium maleficio longe melius est.

Fit hoc quia breuis est inter duas longas, vt & in his κρομμυόων, à κρόμμυον, cepa, νηδύων, ab ἡ νηδὺς, *venter,* & in aliis. Hinc non adeo condemnandi sunt, qui nonnunquam in latino carmine idem sibi permittunt, dum syllabam breuem inter duas longas sitam producunt, vt fit in nomine *Andreas, Matthias,* & in similibus maxime propriis. Illi vero ferendi non sunt, qui hæc & alia huiusmodi arbitratu suo producunt, *Maria, Sophia, Symphonia, Harmonia,* quasi penultimæ essent longæ vel certæ communes.

nes. Nec refert quod multis in locis vsitate accentu acuto illa vocabula pronunciantur. Notum enim est accentum & quantitatem apud Græcos distingui. Vnde in carmine non attendendum quis sit accentus, sed quæ quantitas, quamuis danda, vltroque etiam aliquando sumenda sit licentia, vocabula Græca non quantitate, sed accentu meriendi, cum id non fiat sine exemplo Ausonii & aliorum, vt constabit cap. 35.

IV. Breve est iota in diminutiuis in ιον, τὸ γραμμάτιον, *literula*. τὸ δογμάτιον, *dogma*. τὸ κορᾴσιον, *puella*. Et in comparatiuis neutris, βέλτιον, *melius*. ἥδιον, *suauius*. γλύκιον, *dulcius*; & in multis adiectiuis in ιος, ὁ ἄξιος, ὁ ἀνάξιος, *dignus*, *indignus*, ὁ ὄλβιος, *felix*; & in multis substantiuis, ὁ βίος, ὁ βιότος, &c.

Mimnermus, αὐτίκα τεθνάναι βέλτιον ἢ βίοτος.

Statim mori melius est quam viuere.

Corripitvr quoque iota in nominibus possessiuis in ινος, ὁ ἀνθρώπινος, *humanus*, & significantibus materiam, ὁ λίθινος, *lapideus*. ὁ κέδρινος, *cedrinus*. ὁ ξύλινος, *ligneus*. Tempus item & horam significantibus, ὁ εἰαρινὸς. *vernus*. ὁ θερινὸς, *æstiuus*. ὁ νυκτερινὸς, *nocturnus*. ὁ ὀπωρινὸς, *autumnalis*, licet penultima quoque longa legatur, Iliad. 21. & alibi.

ὡς δ' ὅτ' ὀπωρινὸς Βορέης, &c.

Sicut cum autumnalis Boreas.

ANNOTATIO.

Comparatiua masculina in ιων, & neutra quoque producuntur nonnunquam. Philemon.

ἥδιον οὐδὲν μουσικώτερον

ἐς' ἢ δύνασθαι λοιδορούμενον φέρειν.

Suauius nihil est, neque magis musicum, quam posse conuitia ferre.

Υ in pronominibus producitur, ὑμεῖς, ὑμῶν, ὑμῖν, ὑμᾶς, ὑμέτερος. At in nominibus polysyllabis fœmininis in υνη & υτης, corripitur, γηθοσύνη, *lætitia*. βραδύτης, *tarditas*. γλυκύτης, *dulcedo*. ταχύτης, *celeritas*, & in aliis.

CAPVT XVII.

DE ANCIPITVM QVANTITATE IN ANTEPENVLTIMIS SYLLABIS, ET PRIMUM DE ALPHA ANTE VOCALES & DIPHTHONGOS.

ADMONITIO.

NOVEM capita quæ sequuntur, quoniam priuato potius studio pro re nata videntur esse recolenda, quam publice à magistris enucleanda, diuersis etiam characteribus exprimuntur. Et si ex Regulis, quas hactenus tradidimus, quantitas penultimarum & antepenultimarum syllabarum vtcunque cognosci potest; præsertim si vel exigua accedat lectio poetarum; fortasse tamen è re iuuentutis fuerit, sigillatim accuratius declarare, quandonam tres ancipites vocales α, ι, υ, corripiantur vel producantur. Nomine autem antepenultimæ non tantum intelligenda est tertia syllaba à fine, sed etiam quæuis ante tertiam si dictio illa pluribus, quam tribus syllabis constet. Regulæ sunt hæ.

I. α ante α corripitur. Excipe ἀάτος, *innoxius, inuiolabilis*, Iliad. ξ. ἀκράαντος, *imperfectus, irritus*. Iliad β.

II α ante ε corripitur. Excipe ἀέναος, *æternus, perennis*, Hesiod. lib 2. ἀέρεος, *æreus*. Λαέρτης, *Laertes*, pater Vlyssis. Λαερτιάδης, *Laertiades* patronymicum Vlyssis, passim obuium apud Græcos & Latinos poetas.

III. α ante ι breue est. Excipe ἀΐδιος, *sempiternus* ἀειθαλής, *semper virens*, ἀΐκος à singul. ἀΐξ, *impetus, motus alicuius, qui irruit*. πολυάϊκος πολέμοιο. Iliad. α *belli multum irruentis* ἀϊκὴ, *impetus*. Odyss. ο. ἀΐσσω, *irruo, cum impetu feror*. Odyss α. ἀχαιϊκὸς, Achaicus. βραγάϊος, *iactator, qui de se magnifice loquitur*. Iliad. ν. ἐλάϊνος, ἐλαΐνεος, *oleaginus, ex olea arbore*. Iliad. ν. Odyss. ι καταΐγδην, aduerb. *impetuose* προκαταΐγδην, *antrorsum cum impetu*. Apoll libr. 2. Arg. λάϊνος, *lapideus*. λάϊνος χιτὼν, *lapidea tunica*. Iliad. γ.

IV. α ante ο, & υ, & ω corripitur. Excipe ἄονες, *populi ex Aonia ab Aone*. βιάομαι, *cogo, cogor*, ἰάομαι, *medeor*. Λαοδάμεια, *Laodamia*, cum alijs compositis à λαὸς, *populus*. λαομέδων, λαομεδοντιάδης. τετράορος, contractim τέτρωρος, *quadriiugus*. Odyss. ν. Ταΰγετον, nomen montis. Odyss. 2.

V. α ante ει & οι corripitur. ἀείμνηστος, *immortalis memoriæ* ἀοιδὸς, *cantor, poeta*, ἀοίδιμος, *decantatus, celebris*. Anceps est ἀείδω, *cano*.

CAPVT XVIII.

DE ALPHA ANTE CONSONANTES.

I. α ante β, γ, δ, breue est. Excipe ἰθαιγενὴς, *legitime natus*. Odyss ξ ναυαγέω, *naufragium facio*. ναυάγιον, *naufragium*. Choerilus apud Athen. lib. 11. Ionice ναυηγέω & ναυήγιον, σφραγίζω, *signo, consigno*. Τιμαγήτης, *Timagetes*. Theoc. Idyll. 2. ἀδηκὼς, pro ἀηδηκὼς, *tædio affectus, qui fastidit*, ab ἀηδέω, vel ab ἀδέω, sine contractione. Iliad. κ.

II. α ante θ, κ, λ, corripitur. Excipe γαθαλλὶς, Ionice γηθυλλὶς

θυμὸς, *capæ genus*. ῥᾴθυμος, *piger*, primam longam habet diphthongo, vt & alia, quę vel ab hoc descendunt, vel à quibus ipsum fit, vt ῥᾳθυμέω, ῥᾳθυμία, ῥᾳθύμως. ἀέκητος, *inuitus*, pro ἀέκητος. διάκονος, *minister* quod producitur, non tam, quia α longum habeat, quàm licentia poetica componitur ex διὰ & κονέω. διὰ autem in compositione α breue habet, etsi poetæ interdum producant, vt in hac ipsa dictione veteres illi apud Athen. lib. 7. Ζάκυνθος producitur apud Theo. Idyl. 4. Sed Homer corripit Iliad. β. Μακεδανὸς, Doricè pro μηκεδανὸς, *longus*, vox poetica à μῆκος, *longitudo*. pro quo Dores, μᾶκος. σακίτης, Doricè, pro σηκίτης à σηκὸς, *stabulum caprarum*. Theoc. Idyl. 1. vocat σακίταν ἄρνα, *agnum ob teneriorem ætatem stabulo inclusum*. Συρακόσιος, *Syracusius*. Theoc. Idyl. 15. & numeralia in όσιος, vt διακόσιος, τριακόσιος. λακέω, Doricè pro ληκέω, *sono*. λακέω tamen formatum ab ἔλακον futur. 2. verbi ληκέω, primā corripit. Theoc. Idyl. 2. ἀλοσύνη, apud Nicand. *dementia vel voluptas*. φαλαίνη, *balæna vel cicindela*, apud Nicand. ἄλοφος, *non cristatus*, producitur Iliad. κ. sed per licentiam. Anceps est prima in μαλακὸς, *mollis*.

III. α ante μ, ν, π, ρ, corripitur. Excipe ἄμητος, *messis seu, ea, quæ metuntur*. ἀμητὸς, *tempus metendi*. Hesiod. lib. 2. Erg. ἀμητὴρ, *messor* Iliad λ. ἀμάω, *meto, colligo*, prima cōmuni. Hesiod. in Erg. Iliad. ω Odyss. 1. ἀπάμεια, nomen ciuitatis Dionys. de situ orbis. δαμοίτας *Damæta*, nomen pastoris apud Theoc. Virg. ἀνεψιὸς, *consobrinus*, corripitur Iliad. 1. δάνουβις, *Danubius*. κράνιον, *cranium, caluaria*. κρανώνιος; *Cranonius*, à Cranone vrbe. Theocr. Idyll. 16. μανιακὸς, *furiosus*. Orph. Hymn. in Bacch. νεανίας, *iuuenis*, Ionicè, νεηνίης. Hinc longum illud α. Aristoph. Vesp. Eiusdem quātitatis sunt, νεανικὸς, *iuuenilis*, & similia. παιανιεὺς, *qui ex tribu Paaniēsi*. ἀπέννινος, nomen montis. Virg Dionys. corripit primam & penultimā. ἀπέννινος, licet alii legant, ἀπίννιος. ἄπειρος, Doricè, pro ἤπειρος, *cōtinens* ἀπιδανὸς, pro Peloponeso accepit Mimnermus apud Athē. lib. 13. δραπετίδης, *fugitiuus*,

sinus, apud Moschum νάπεια, idem quod νάπυ, seu σίνηπι, *sinapi*. Nicand. Alexipharm. ἀπόλλων primam habet communem. ἀρῶμαι, *precor, imprecor*. Iliad. 2. Odyss. β. ἀρήτη, *uxor Alcinoi*; ἄρητος, *Aretus*, filius Nestoris. ἀρητὴρ, *Sacerdos, precator*. Iliad α ἀρήτειρα, *hac Sacerdos*. Musæus. ἀρητὸς, *precibus expetitus*. πολυάρητος, *multis precibus expetitus*. Odyss 2. Ἀρήνη, *Arene*, nomen vrbis in Peloponneso. Iliad. β. ἀμαρακὸς, *amaracus*, herbæ nomen. Virg. 1. Æneid. Hinc eadem quantitate, ἀμαρακόεσσα. apud Nicand. in Theriacis. ἀρείων, nomen fluuii, apud Athen. lib. 9. videtur esse nomen proprium viri. κάραβος, cancri genus Athen. lib. 3. Λάρισσα, *Larissa*, patria Achillis. μαρύομαι pro μηρύομαι, *glomero* vel *glomeror*. Theoc Idyl 1 φλυαρῶ, *nugor*, ἄριστον *prandium*. per contractionem, quasi ἀόριστον, corripitur tamen Iliad ω ἀνάριστος vel ἀναρίστητος, *impransus*. Aristoph. διὰ τῆς ἀγορᾶς τρέχω ἀναρίστητος ὤν, *per forum curro impransus*.

IV. α ante σ, τ, φ, χ, corripitur. Excipe ἄσιος, nomen campi Iliad. β Virg 1. Georg. ἀσιάδης, *Asiades*. ἀσωπὸς, *Asopus*, nomen fluuii. ἐπαράσιμος, *execrabilis*. Phocylid. εὐκρασία, *temperies* ἀκρασία, *intemperies* à κρᾶσις. At ἀκρασία à κρατέω antepenultimam habet breuem. Ἴασιος, *Iasius*, filius Abantis Argiuorum Regis, corripitur. *Iasides* patronymicum 5. Æneid. κοράσιον *puellula*. πασιφάη, *Pasiphae* 6. Æneid. πασιφαὴς, *omnibus apparens*, epithetum Solis. ἄτερος pro ἕτερος, *alter* βατήριος, *scansorius*, produci dicitur, sed corripitur à Phocyl διδυματόκος, *gemellipara*. Theoc. Idyl. 1. θάτερον pro τὸ ἕτερον, *alterum*. λάτυπος, *lapicida*. & alia à nomine λᾶς, vel λᾶας composita. τράχουρος, nomen piscis, à τραχὺς, *asper*, Ionicè τρηχύς.

CAPVT XIX.

DE IOTA IN ANTEPENVLTIMIS, ET PRIMVM ante vocales & diphthongos.

I.

I ante α & ε corripitur. Excipe ἰάομαι, *medeor*. Odyſſ. τ ἰαπετὸς, *Iapetus*, nomen propriũ. Ouid. 1. Metam. Nonnus Dionyſ. ἰάσιμος, *ſanabilis*, vt & alia ab ἰάομαι deſcendentia. ἰάσιος, *Iaſius*. ἰασιὼν, *Iaſon* filius Iouis & Electræ. Ouid. 9. Meta. Theoc. Idyl. 3. ἰασσὸς, *Iaſus*, Inſula Cariæ Communia ſunt, ἀνιάω, ἀνιάζω, *triſtor*. ἀνιαρὸς, *triſtificus*, *triſtis*. Odyſſ. τ. χ, δ, ρ. διάβολος primam longam habet licentia poetica. ἰατρὸς ſeu ἰητὴρ, *medicus*, dicitur primam habere communem, ſed producitur ab Homero πίερος, mons Theſſaliæ, πίερος, *Pierius*, *Pierides*. Anceps eſt ἱερὸς, *ſacer*, *ſanctus*. Iliad. α. Odyſſ. ε. vt & ἵεμαι, *eo*. Iliad. β. ἵεμαι, *cupio*. Iliad. ε.

II. I ante η & ο corripitur Excipe ἰητὴρ, *medicus*. Iliad. λ. Anceps eſt ἵημι, *mitto*, cum compoſitis. Iliad. γ & ἰόνιος, *Ionius*. Virg. 3. Æneid. Lucan. lib. 3. Ionicus primam corripit apud Horat. ode 6. vt & *Ionia*, *Ion*. ἰὸς, *ſagitta*, *venenum*, cum compoſitis, ἰοβόλος, *venenum* ſeu *ſagittas iaculans* ἰοπόρος, *veneniuorus* Oppian lib. 3. ἰοχέαιρα, *gaudens ſagittis*, epithetum Dianæ. Iliad. ε. ὀίομαι, *puto*. Iliad. τ. Odyſſ. ξ. ὀφιονίδης, *Ophionides* πανδιονίδης, *Pandionides*. χιονοῦς, *niueus*. Nicand Alexipharm. videtur produci licentia, ob concurſum tot breuium, ſicut & χιόνεος.

III. I ante υ, ω, αι, αυ, corripitur. Excipe ἰϋγὴ, ἰϋγμὸς, vox ſibilo ſimilis. Iliad. 6. Nicand. Theriac. ἰύζω, *clamo*, *ſibilo*. Iliad ρ ἰωχμὸς, *perſecutio*, *inſectatio* μινώδης, *algoſus*. Nicand Alexipharm παλίωξις, προΐωξις, quaſi dicas, *poſtinſecutio*, *prainſecutio*. Heſiod in Aſpid. φθιώτης, *Phthiota*, ex *Phthio*, πιαίνω, *pinguefacio*, commune, ἰαίνω, *latifico*.

CAPVT XX.

DE IOTA ANTE CONSONANTES.

I.

I ante β, γ, δ, breue est. Excipe ἀλίβαντον apud Nicãd. teste Vergara. τίβουρις seu τίβυρ, *Tibur*, ciuitas Italiæ Horat. lib. 2 Ode 6. alii scribunt per υ. Τιβέριος, *Tiberius* ῥίγιον *magis horrendum* ῥιγεδανὴ, ῥιγηλὸς, *horrendus*. ῥιγέω, *horreo* ῥιγόω *friges*. Iliad. α. & γ. Odyss. ξ. Hesiod. in Clyp. σιγάω, *taceo*, σιγάζω, *tacere facio*. Odyss. π. & alia, quæ ab his verbis nascuntur. ὀρίγανον, *origanum* Oppian. 3. Cyneg alii scribunt ὀρείγανον, ἀκιδάλιος, *Acidalius*, epithetum Veneris. 1. Æneid. ἰδάλιος, à monte Idalo. ἰδάλιον, oppidum Cypri. Ἰδομενεὺς, nomen proprium passim in Iliad. πιδύω, quod & πηδύω, *aquæ ex me saliunt, profluo*. Nicand. Theriac. ab hoc fit πιδύεις. nomen proprium. Σιδόνιος, *Sidonius*. Dion. Sidonia Dido, apud Virg. prima & antepenultima longa Æneid. 1. χελιδόνιον, nomen herbæ. χελιδόνειος, *hirundininus*, producuntur, quia χελιδὼν iota longo cõstat. Hesiod. lib. 2.

II. I ante θ, κ, λ, breue est Excipe Βιθυνία, *Bithynia*, & quæ ab isto. Dionys. ἰθύνω, *dirigo*. Iliad. ψ corripitur ab Hesiod in Erg. ἰθυντὴρ, ἰθυντὴρ, ἰθυντὴς, & similia, *gubernator, rector*. Ερίθακις, nomen proprium apud Theoc. σιθωνία, pars Thraciæ. Virg. Eclog 10. τιθωνὸς, *Tithonus*. ἀρικίνη, *Aricina*, ab Aricia oppido Latii. Virg 7. Ænei. Ouid. 3. Fast. ἱκεσίη, *supplicatio*, ἱκέσιος, *supplex*, videtur fieri ob concursum tot breuium; cum ἱκέτης, ἱκετεύω, & similia primã corripiant ἵκμενος, ἴκελος, passim obuia sunt. νικάω. *vinco*, νικίας, Nicias, νικανδρος, & alia à νικάω, vel νίκη formata σικανίη, *Sicania*. corripit primam in *Sicanus*, Virg. 5. Æneid. σικελίη, *Sicilia* hinc *Sicelides Musæ*. σικελῆ corripitur à Dionysio. φοινίκεος, *puniceus*. Theocr. Idyl. 2. φρικαλέος, *horrificus*, lib 3. Anthol.

φρικώ-

φρικώδης, *horrificus*, fiũt à nomine φρὶξ, φρικὸς, τὸ φρί-κος, *motus maris incipiens, prima fluctuũ agitatio.* Anceps est ἴκελος, *similis* corrip. Iliad. λ & ab Hesi. in Erg ἰλαδὸν, *turmatim.* Iliad β ἱλασμὸς, *placatio. propitiatio* At ἵλαος *propitius*, ἱλάω, *propitius sum*, primã habent communẽ. ἰλεὸς pro εἰλεὸς, *latibulũ. fouea* ἴλιος seu ἴλιον, *Iliũ*, Troiæ nomen ἰλισσὸς, amnis Atticæ, corripit primã. Statius 4 Thebai ἰλυόεις, *limosus.* Apol lib. 2. χιλεύω seu χιλόω, *pasco. sagino* Nican. Theriac. & ea, quæ hinc fiunt, vt χί-λωπις, χίλια, *mille*, χιλιὰς, *chilias* χίλιοι, *mille.* μίλητος, *Miletus*, nomen vrbis Apol. lib. 1. μελίλωτον seu μελίλω-τος. *Melilotum*, sicut & meliphyllum apud Virg 4. Georg. ὁμιλαδὸν, *turmatim.* Iliad. μ. ὁμιλέω, *versor cum aliquo.* Iliad α. ὁμιλία, *homilia, consuetudo.* σιληνὸς, *Silenus*, modò breuem, modò longã habet apud Orph. in hym. φιλητεύω, idem quod φιλῶ. φιλεῦμαι reperitur productum, vt & φίλος, quod videtur fieri ob liquidam.

III. I ante μ, ν, π, corripitur. Excipe βριμάω seu βριμάομαι, *fremo, ira excandesco*, βριμηδὸν, *cum fremitu.* Nonnus. δριμύλος, *subacris, acriusculus.* Moschus Idyl. 1. ἱμείρω, seu ἱμερέω *desidero* Odyss. κ ἵμερος, *cupiditas.* ἱμερόεις, ἱμερτὸς, *amabilis, desiderabiles* μιμοῦμαι, *imitor*, μίμημα, μίμησις, *imitatio.* μιμηλὸς, *imitando expressus*, & alia hinc facta σιμαίθα, nomen capræ apud Theocrit. τίμιος, *honorabilis, preciosus*, cum omnibus à voce τιμὴ deductis. φιμώδης, *cami*, vel *fiscellæ formam habens* Nican. ἀκροθίνια. *primitiæ* Eurip Phœniss γίνομαι, *fio*, γινώσκω, *cognosco*, vide cap. 15. δελφίνιος à δελφὶν, δελφῖνος. δίνησις, *in verticem seu gyrum circumactio*, δινήεις, vorticosus Iliad ε Odyss. 2. δινέω, instar vorticis circũago, & alia ab hoc cõposita vel deriuata. ἐρινεὸς, *aprificus* Odyss μ ἰναχὸς, nomen fluuii. ἰνίον, *posterior coll. neruus, occiput.* Iliad. ε κινέω, κίνυμαι, *moueo* Iliad β ο] Quantitatem eandem seruant, quę ab his fiunt κινύξ. ος, Virg. 3. Georg λακινιος, λακινιὰς, nomen loci, Theoc. in Idyll. Dionys. Virg. 3. Æneid. Μινώιος, *Minsius.* Virg. 6. Æneid. πινύσκω. *moneo, sapere facio.* corripitur, Iliad ξ σίναμαι, la-

ῥαίω, *lædo, lædor*. Hesiod. Erg Odyss μ. τρινακρία, *Trinacria*. 3 Æneid. Dionys ἀγινέω, *ago, adduco*, producitur Odys ξ. & χ. & Iliad. ω διιπετής, *à Ioue delapsus*, primam habet longam, ob concursum tot breuium. εὐριπίδης, *Euripides*. corripitur interdum. ἠνίπαπε, *increpuit*. Odyss. α. λιπαρῶ, *oro*, πυριβόλος, *ignem iaculans*. ῥιπίζω, *ventilo*, à ῥιπή, Odyss θ ῥίπαιον, *Ripæum* seu *Riphæum*, Montes Riphæi. Dionys.

IV. I ante ρ producitur, vt σεμίραμις, *Semiramis*.

V. I ante σ, τ, φ, χ corripitur Excipe βισάλτης, *Bisalta*, populus Scythicus, vel Thracicus. Virg 3. Georg βισαλτία, *Bisaltia*, regio Thraciæ. βρισηὶς, *Briseis*, nomen puellæ. Iliad α. ἰσανδρος, filius Bellerophontis. Iliad 2. ἰσοφαρίζω, *æquiparo, adæquo* Iliad. ζ Hesiod. in Erg. ἰσαῖος, nomen proprium Rhetoris, & appellatiuum, *similis, par*. Nicand. Theriac. ἰσάζω, *æquo, adæquo*. licet ἴσος primam communem habeat κονίσαλος, seu κονίσσαλος, *puluis*. Iliad γ. μισέω, *odi*. Iliad. ρ. νίσυρος, nomen Insulæ. Iliad β. πισιδικὸς, *Pisidicus*, à Pisidia. σισύμβριον, *serpillum syluestre*, Nicand. in Theriac. vocat σισυμβρα, prima longa. σίσυφος, *Sisyphus* nomen proprium. corripitur à Theognide. σισυφίδης, *Sisyphides* τισιφόνη, *Tisiphone*. 6 Æneid. φθισήνωρ, *homines perdens* Iliad. 2. ἰτέα seu ἰτέη, *salix*. Odyss. κ τίτυρος, *Tityrus*. Virg. 1. Eclog. Theoc. Idyll. 3 τριτογένης, τριτογένεια, τριτωνὶς, epitheta Palladis διφάω, *quæro*. Iliad π. διφητὴρ, *quæsitor, indagator*. ἴφιτος, nomen proprium. ἶφις, *fortis, robustus*. ἰφιγένεια, nomen proprium. ἰφινος, *forti mente*, & alia ab ἶφι deducta τρίφυλλις, *trifolium*: Anceps est πιφάσκω seu πιφαύσκω, *dico, commemoro* Iliad. κ Odyss ο. κιχάνω, *assequor, conuenio*. excipitur à Grammaticis, sed corripitur ab Hom. Iliad. τ. λ & alibi. κίχορα, *cicorea*. Nicand. Alexiphar. κιχόρη, vel κιχόρειον, producit & Horat. primam & penult. lib. 1. Od. 31.

CAPVT XXI.

DE Y IN ANTEPENVLTIMIS ANTE VOCALES, DIPHTHONGOS, ET Consonantes.

I.

Y ante vocales & diphthongos corripitur. Excipe ἐνυάλιος, nomen Martis. Iliad β Dionys. κυανοχαίτης, *caeruleam comam habens*. Hesiod. in Aspid. κυάνεος, *caeruleus*. Iliad λ Hesiod. Aspid. & tamen κύανος prima breui constat Odyss. η. & alibi. πλατυάζω, *ore diducto loquor*. Theoc. Idyl. 15. μυελὸς, *medulla*. Iliad χ. μυελοεὶς, *medullosus*. Odyss. ι. πύελος, *labrum balneatorum*. πυετία seu πυετίη, *coagulum*. ὑετὸς, *pluuia*. Hesiod. in Erg. αἰσυήτης, *Æsietes*, nomen proprium. Iliad. υ μυοδόχος, *mures recipiens*. videtur id fieri ob concursum tot breuium syllabarum. μύουρος, quod & μείουρος, qua ratione fortassis producitur.

II. υ ante β, γ, δ, corripitur. Excipe γυγαῖος, *Gygaeus*, lacus, Gygaea palus, Iliad β. θυγάτηρ, *filia*, excipitur à quibusdã, sed corripitur Odyss. δ & alibi passim. Quod si in plurali θυγατέρες, vel similis casus reperiatur prima producta; id fit per licentiam, vt in voce ἀθάνατος, πριαμίδης, & id genus aliis. μυγαλέη, *mus araneus*, pro μυογαλέη. κυδαίνω, seu κυδάω, *gloriosum reddo, illustro*. κυδάλιμος, κύδιμος, *illustris, celebris* κύδιστος *illustrissimus*. & alia à κῦδος facta, & κυδίω, seu κυδιάω. μυδαλέος, *humidus* Hesiod. in Erg.

III. υ ante θ, κ, λ, μ, corripitur. Excipe ἐρυθριάω, *erubesco*, corripitur ἐρυθραίνω, *rubefacio* Iliad. φ πυθαγόρας, Pythagoras. πυθεδὼν, *putredo*. Nicand Ther. πύθιος, nomen Apol μυθοῦμαι, *fabulor*, cum aliis à μῦθος, vide c 6. preceptũ 6. ἐρυκακέω, *inhibeo detineo* Ilia ζ. Od. λ. ἐρυκακέω, idẽ. μυκάομαι, vel μυκάω, *mugio*, μυκηθμὸς, *mugitus*.

μύκημα, idem. Theocr. Idyll. 19. Odyss μ. φυκιόεις, φυκώδης. algosus, alga abundans. Theocrit. Idyll. 1. φυκίον seu φύκιον, alga, à φῦκος. θυλακὶς, genus quoddam papaueris. Nicand. Theriac. θύλακος, saccus, Aristoph. Pluto θυλακόεις, instar sacci κογχύλιον, conchylium. Producunt & Latini Horat lib. 2 ser. 2. παμφυλία, nomen regionis. Dionys. σκυλάω, συλάω, συλεύω, spolio, à σκῦλον, spolium, & σῦλον, spolium. σφονδύλειον, vertebra, compages membrorum. σφόνδυλος tamen & σφονδύλιος, corripiunt υ. illud apud Nicand. in Theriac. hoc Iliad. υ. ὑλακόμωρος, latrare consuetus. Odyss π. ὑλάω tamen, ὑλακτέω, ὑλακὴ, & similia corripiunt υ, producitur ὑλακόω, latro. Oppian. lib. 3. sicut & ὑλακόεις. & ὑλακίδης, Hylacides, nomen canis. φυλείδης. Iliad. β. nomen proprium. φύλοπις, pugna, prælium. Iliad. λ. & passim alibi. ἀμυμώνη, nomen proprium filiæ Danai. ἐνθυμοῦμαι, cogito, ratiocinor. ἐνθύμημα, enthymema θυμοῦμαι, excandesco; θυμώδης, iracundus. θυμαίνω, irascor, à θυμὸς, animus, ira, prima longa passim apud Homer. Sic θυμήρης, qui animo placet. κυμαῖος, Cumaeus seu Camanus. κυμαίνω, fluctuo, æstuo. Iliad ξ κρυμώδης, frigidus, algidus. Dionys. de situ orbis λυμαίνω, purgo, purifico, noceo ἀπολυμαίνομαι, purgor. Iliad α. ὑμέις, vos. & similes casus. ὑμέτερος, vester.

IV. Y apte υ, π, ρ, corripitur. Excipe Βιθυνία, Bithynia. Dionys γρύνειος, Grynaeus, nomen Apollinis. λυπέομαι, mœreo. λυπέω. Theoc. Idyll. 2. τρυπάω, terebro, perforo. τρύπανον, τρυπάνη, terebrum. apud Suid. τρύπημα, foramen Lucill. lib. 2. Epigram. γυρόω, curuo, in gyrum torqueo. Oppian. lib. 3. Cyneg. κυρήνη, Cyrene, κύριος, Dominus, à κῦρος, authoritas. μυρία, μυρίος. Iliad. α decem millia μυριὰς, Myrias, μύραινα, Murana. Hora. lib. 2. serm. 8. πλημμυρέω, æstu inundo, restagno. πλημμυρία. Dionys. πυρίτης, pyrites. συρίσδω, apud Theocrit. Idyl. 1. & alibi, σφύραινα, nomen piscis, πυρόεις, caseosus, panis caseo permistus. corripitur τυρόεντα apud Theocr. Idyl. 1. sed dicunt esse συνίζησιν, duarum literarum. Simplex

plex πυρὸς producitur Iliad λ. corripitur in βουτυροποιέω, *coagulo, in caseum cogo.* φυράω, *commisceo*, seu φύρω Hesiod. in Erg. His adde formata à πῦρ, quorum quædam longa sunt: vt πύραμος, *Pyramus*, nomen adolescentis, de quo Ouidius in Metamorph. πυραμὶς, *pyramis.* πυραίχμης, *pyrachmes.* Iliad. β. Quædam breuia sunt, vt πυρὰ, *rogus.* Iliad δ πυράκμων, *Pyracmon*, nomen Cyclopis 8. Æneid πυράγρα, *forceps.* Odyss. γ. πυριφλεγέθων. Odyss. κ. πυράκανθα nomen plantę. Nicand. Theriac. Quædam communia sunt, vt πυρήνη, *Pyrene*, filia regis Bebrycum, πυραυγὴς *splendens instar ignis.*

V. Υ ante σ producitur. χρύσεος, *aureus.* Iliad. α corripiuntur ἠλύσιος, *Elysius*, θύσανος, *fimbria*, seu *nodus*, quales à crumenis dependent. Iliad. β. aliquando versus gratia duplicatur sigma. ἰηλυσσος, *Ialysius*, ab oppido Rhodi Ialyso μέσιος, *inanis.* Odyss. ο & composita à λύω seu λύσις, producitur λυσίζωνος, *solueus zonam.* Orph hym 1 λυσιμέριμνος, *soluens curas.* λυσίπονος, *soluens labores.* corripitur λυσιπήμων, *soluens nocumenta.* Orph. hym. 1.

VI. Υ ante τ, φ, χ, corripitur. Excipe ἀτρυτώνη, Mineruæ Epithetum, Iliad β. αὐτέω, *clamo.* Iliad. μ. φυτάλμιος, *sator.* Orph. in hymn. φυταλιά, *terra ferens plantas*, seu *locus arboribus consitus.* Iliad. ζ. & κ. εἰλυφάζω, *torqueo, verso.* Iliad. υ εἰλυφάω breue est. Iliad. λ. & apud Hesiodum & Theogn κολλύφων panis quo Athletæ vescebantur. Vsurpat Iuuenalis τύφομαι, *fumo infector.* Apoll. lib. 2. τυφοῦμαι, *efferor insolesco.* βρυχάω, *eiulo.* βρυχάομαι, *rugio.*

CAPVT XXII.

DE QVANTITATE ANCIPITVM IN PENVLTIMIS SYLLABIS, ET PRIMVM de α ante vocales.

PEnultimæ syllabæ quantitas sæpè cognoscitur accentu & contractione, vt alias rationes generales eandem indagandi, hic taceamus. Quis enim nõ videt in vocibus βεῖθος, μῦθος produci: corripique in his, φίλος, λίθος, ξύλον, & id genus aliis? quarum primæ circũflectendæ essent, si iota longo constarent, vt supra c. 7. docuimus. Quod si alicui offeratur obliquus, vt τῷ βείθει, τῷ μύθῳ, τῷ φιλῳ, τῷ ξύλῳ, ex cuius accentu nihil de quantitate statuere queat, redeundum erit ad casum rectum, qui mox quantitatem vocis illius patefaciet. Scio interdum produci hæc: φίλος, ξύλον, & similia: sed id propter liquidam, quæ natura quoque breues vocales extendit, non quod ancipites illæ, in illis dictionibus sint longæ. Sic ἄκων pro ἀέκων, ipsa contractione quantitatem suam prodit. Sed nunc ad id quod instituimus, accedamus.

I. α ante α, η, ι, ο, corripitur. Excipe κράας, *caput* Iliad. τ. Apoll. lib. 1. λᾶας, *lapis*. Iliad. δ. παμφαὴς, *vndiq; lucens*. Orph. hym in Solem, πρᾶος, πραΰς diphthongo quantitatem docent. ἀὴρ, *aer*. corripitur interdum σαὴς, *leuis* dicitur commune. Longum est. Iliad. γ. οαις, λαις, ναὶς πτολεμαὶς, nomina propria. ἀΐξ, *impetus*. ἀμφιάραος, *Amphiaraus* ἄορ. corripitur. Iliad. ξ. φ produciturab Hesiod. in Asp & tum in recto circumflectitur ἆορ χαὸς, *antiquus*, *nobilis*. Theocr Idyll. 7.

II α ante υ, & ω, corripitur. Excipe ἄων, ἀμυθάων, ἀλκμάων διδυμάων, λυκάων, μαχάων, χάων, & similia nomina propria, quæ in obliquo per ο inflectuntur. ὀπάων, *comes*, *assecla*. Iliad. ψ. μουσάων, πασάων, pro μουσῶν, πασῶν, & similes genitiui Dorici. Vide cap 9 πυθάων, α producit

ducit apud Homerum, licet in obliquis ω retineat.

III. Nomina dissyllaba in αος oxytona, & substantiua producuntur, vt ναὸς *templum*, λαὸς, *populus*. cum compositis: πηὸς, *affinis* Nicand. Theriac. dicitur & πηος. Iliad. γ Odyss. ψ At adiectiua in αος oxytona corripiuntur, vt κεραὸς, *cornutus*.

IV. Neutra dissyllaba corripiunt penultimam, etiamsi præcedat consonans, vt φάος, *lumen*. χάος, *chaos*. Excipe φᾶρος, *palla, pallium*. Odyss. α quod suam quãtitatem accentu satis ostendit. Producuntur etiam formata ab ἄω, *spiro* vt ζαὴς, *vehementer spirans*. Iliad. μ. ἀκραὴς, *flans per summa* Odyss. β δυσαὴς, *grauiter spirans* Iliad. ε ἐυαὴς, *bene spirans* ἁλιαὴς, *per mare flans*. Odyss. δ. de verbis in άω, vide cap. 13.

CAPVT XXIII.

DE A IN PENVLTIMIS ANTE CONSONANTES.

I.

A ante β, γ, δ, θ, corripitur. Excipe ἀαγὴς, *qui frangi non potest*. Odyss. λ ὀαγὸς, *crystallus vel glacies*. Theocr. Idyl 2 δύσπραγος, δυσπραγης *infelix*. ευπραγὴς, *felix*. formatur enim à πρᾶγος, *negotium*. σφραγὶς, *sigillum* Orph. in hym. ταγὸς, *dux*. corripitur ab Homer. Iliad ψ. λάδας, nomen proprium. λάδων. nomen fluuii. ὀιλάδης, *Aiax*, filius Oilei. ὀπαδὸς, *famulus comes* σπάδιξ, *termes* seu *palmes*.

II. α ante κ λ, μ, ν, corripitur. Excipe ἄκων. *inuitus* pro ἀέκων, κνήκων, *habens colorem album mistum flauente*. Theoc. Idyl 7 ἀμάλη, *fasciculus manipulorum, manipulus* δαλὸς, *fax* Iliad. ν ὀμφάλη, nomen proprium Reginæ Lydiæ στύμφαλος, oppidũ Arcadiæ Stymphalides, corripitur. τρικέφαλος *triceps*, per licentiam. anceps est καλὸς, *pulcher* Theoc Idyl. 6 δαίμων φαρσόδαμας, nomẽ proprium. Et nomina neutra in α purum, quæ a verbis descendunt, vt θυμίαμα, *thymiama*. ἀκρόαμα, *acroama*.

θέαμα,

θέαμα, *theama*. ἀγάνωρ, pro ἀγήνωρ *fortis, strenuus*. ἔρανος, *collatitia cœna*. Odyss α. λ. βιάνωρ. *Bianor*. Virg Ecl. 8 ἱκάνω, *venio*, κιχάνω, *assequor*, φθάνω, *anteuerto* vide c. 12. νικάνωρ, nomen proprium. Et Gentilia in ανος, vt καρμανὸς, *Carmanus* His adde nomina in ανος, dissyllaba oxytona, vt αὐανὸς, *aridus*. ἑανὸς, *indutu pulcher*. corripitur. Iliad. ε, θ, φ, ἄνω pro ἀνύω *perficio*, *absoluo*. corripitur. Iliad. σ. producitur lib. 2. Argonaut. Apollon.

III. α ante π, ρ, σ, corripitur. Excipe ἴναχος, nomen fluuii. ἰάπυξ, *Iapyx*. πρίαπος, σάραπις, *Serapis* αἴσαπος, nomen fluuii. Theoc. Idyll. 4. ἆρα, interrogandi nota circumflectitur, ac proinde producitur ἄρα, corripitur. ἰσμαρὴς, *facilis*, corripitur Idyll. 15 θυμαρὴς, *animo placens, gratus* dicitur & θυμήρης. Odyss κ. καρὶς, *squilla*. apud Athen lib. 3. κατάρα, *imprecatio, execratio* νάρων, fluuius Dalmatiæ. πάραρος, *non benè compositum corpus, vel animum habens*. τιάρα, *tiara*. His adde dissyllaba oxytona masculina in αρος, λαρὸς, *larus* Et polysyllaba in ρος, vt μιαρὸς, *detestandus*. Tria hæc communia sunt, ἄρης, *Mars*. ἀρὴ seu ἀρὰ, *imprecatio*. *precatio* φᾶρος, *vestis* ἀσὶς, *Asis Asidos*. *Asia*, corripitur ἴασος, *Iasus*, insula Cariæ. ἰάσων, *Iason*, & participia fœminina in ασα, vt τύψασα. vide cap. 14.

IV. α ante τ, φ χ, corripitur. Excipe ἄτη ex ἀάτη, *noxa*. *calamitas*. Iliad ζ ἀχάτης, *Achates*, σπαρτιάτης, & similia lapidum & gentium nomina ἄαατος, *non nocens*, vel, *valde nocens*, item *insatiabilis*. ἀθέατος, *non visus*, *non videndus*. ἄκρατος, Ionicè ἄκρητος, *merus*, *meracus*. Theocr Idyl. 2. ἔρατος Aratus ἀνιατος, *insanabilis*. ἀθέατος, *inaspectabilis*. δυσπέρατος, *transitu difficilis*. ἐπάρατος, *execrabilis*. εὐφράτης, *Euphrates*. θεατὸς, *spectabilis*. θέατρον, *theatrum*. ἰατρὸς, *medicus* καίρατος, nomen fluuii κρατὴρ, *crater*. φράτηρ, φράτωρ, *curialis*. *tribulis*. τραχὺς, *asper*, Ionicè τρηχὺς. καναχὲς, Doricè pro κανηχὲς. ὁ καὶ ἡ καναχὴς, *sonorus*, *streperus*.

Anceps est ἰαχὴ, *clamor*, *fremitus*.

Capvt XXIV.

DE IOTA IN PENVLTIMIS SYLLABIS.

I.

IOta ante α, η, ο, in penultimis syllabis corripitur. Communia sunt αἰκία. κονία, καλιά, ὀρμιά. de quibus c.16 his adde λίαν, valde. Longum est πίνε vel πίειρ, Pier. & dissyllaba oxytona vt κριός, aries lib 1. Epigr. ἰὸς, venenum, sagitta. Iliad δ' ἴος, æqualis. corripitur. δῖος, & similia quantitatem accentu demonstrant, hinc ἴνδιος, serenus. quod tamen commune, vt & ἰοειδής. Comparatiua in ιον producuntur aliquando, Vide c.16.

II. ι ante υ & ω corripitur. Excipe ἴυγξ, nomen auis, motacilla. Theoc Idyl. 2. κίων, columna. Odyss. θ. πίων, pinguis. πρίων, serra, & aliquando comparatiua in ιων, quæ per ο inflectuntur, vt ἀμφίων, ἀμφίονος, corripitur προκτίων. producuntur φθίω, corrumpo χρίω, vngo. πρίω, seco. Theoc. Idyl. 10. corripitur à Nicandro, communia sunt οἴω, puto τίω, honoro ὠρίων, Orion. κρονίων, nomen Iouis, ἤια, ἴει, ἰεὶς, ἴε.

III. ι ante β, γ, δ θ, corripitur Excipe & produc, ἀκριβὴς. accuratus ἐρυσίβη, rubigo in plantis & segetibus θλίβω, premo, comprimo ἶβις, Ibis, nomen auis στίβη, pruina, concretio matutina. τρίβω producitur apud Hesiodum, in Erg. & apud Homerum. σιγή, silentium à σιγάω εἰλιδὸν, conuolutim. ἰδη, pro ἰδεα, Ida. nomen montis. κνίδη, vrtica. Theoc. Idyl.7 πίδαξ, fons, ibid. σίδη, malus punica Nicand. Theriac χελιδὼν, hirundo Hesiod. βρίθω, onustus sum. Theoc. Idyl 7 βριθὺς, ponderosus, grauis. Iliad. ε. ἔριθος, lanificus, vel agricola, messor, vel famulus. Iliad 6. Hesiod. in Erg. ἰθυντὺς idem. ἰθὺς, rectus. Odyss. ο' Iliad β κριθή, hordeum, σιθὼν mons Thraciæ.

IV. ι ante κ, λ, μ, ν, π, corripitur. Excipe ἄκικυς, imbe-

cillis. ἡ κίκυς, τῆς κίκυος *robur, vis.* Odyss λ. Orph de lapid. κάικος. nomen fluuii. Virg. 4. Georg. νίκη, *victoria,* φοινίκη, *phœnice* φρίκη, *horror, motus maris incipiens.* αἴγιλος, nomen herbæ gratæ capris. corripitur Theocr. Idyl. 5. ἄργιλος, *argilla.* δεκαχίλιοι, *decies mille.* ἐννεαχίλιοι, *nouies mille.* ἰλὺς, *limus.* κονίλη, *cunila.* nomen herbæ. Nicand. Theriac. & Alexipharm. νεογιλος vel νεογιλὴς, *recens natus.* Odyss μ π ὅμιλος, *turba.* Odyss. α οἰλεὺς, pater Aiacis. πέδιλα, *vincula pedum.* passim apud Homer σμίλαξ, *taxus* σμίλη, *scalprum.* Suidas, σμίλος, *taxus* Nicand. Alexiphar. χιλὸς, *pabulum.* ψιλὸς, *tenuis.* commune est φίλος, ob liquidam. βρίμη, *robur, potentia,* βριμὼ, nomen Proserpinæ δριμὺς, *acris.* Theoc. Idyl. 1 κάμιρος, nomen vrbis, κλιμαξ *scala.* λιμὸς, *fames.* σιμὸς, *simus.* τιμὴ, *honor* φιμὸς, *camus, fiscella* & nomina composita in ιμος. vt ἴφθιμος, *fortis, validus.* Anceps est ἱμὰς, *lorum.* αἰσχίνης, Æschines, corripitur tamen à Theoc. Idyl. 13. ἀπαρίνη, nomen herbæ. ἐρινὰς, τῆς ἐρινάδος, *caprificus.* Nicand Theriac. θρίναξ vel τρίναξ, instrumentum, tridenti simile, corripitur apud Suidam. θριδακίνις, *lactucula,* à θρίδαξ *lactuca* θριδακίνη, idẽ, videtur tamen etiam corripi, ab antiquo poeta, apud Athen lib. 2 θαμινὸς, *creber, frequens.* θαμινὰ, *crebro.* ἰνὼ, *Ino,* nomen proprium. κλίνη, *lectus* μίνως, nomen proprium ῥινὸς, *pellis, corium* Odyss ξ. φινεὺς, nomen proprium χαλινὸς. *frenum* Tryph. σέλινον, *selinum.* Theoc. Idyl. 3. corripiuntur καρκίνος, *cancer* Oppian lib 1 Halieut κότινος, *oleaster.* Theoc. Idyl. 32 κόφινος, *cophinus.* κρίνον, *lilium.* Iliad κ. λίνον, *rete.* Iliad. ε. λίνος. *poeta.* νίνος, *Ninus* πίνος, *sordes, squal r.* lib 2. Epig: & illa quæ materiam significant, vt ξύλινος, *ligneus.* κέδρινος, *cedrinus.* Vide c 16 polysyllaba & dissyllaba in ινη producunt penultimam: ἀδράστίνη, *Adrastine.* δωτίνη, *donum.* Odyss. 1. ῥίνη, *lima.* δίνη, *vortex.* His adde verba in ινω & ινομαι vt κρίνω, *iudico.* σίνομαι, *ledor.* Excipe εἰλαπίνη, *conuiuium* breue est apud Homer. Anceps est σίνος, *damnum.* ἡ σίνη, *damnum,* corripitur à Nicandro initio

Theri.

Theri. γειπεὺς, *Gripeus*, piſcator apud Theocr. Idyll 1. ἐνιπεὺς, *Enipeus* nomen fluuii ἔυριπ☉, *Euripus* ἐνιπὴ, *increpatio*. Ilia. ε. κνιπὸς, *parcus, tenuiter victitans*. παρθενοπίπης, *Virginum obſeruator* Iliad. λ. ῥιπὴ. *ictus, motus, momentum*. Odyſſ. θ σκίπων, ſeu σκήπων, *ſcipio, baculus*.
V. ι ante ρ, corripitur, vt ἶρ☉, *Irus*. ἱρὸς, *ſanctus*. νιρεὺς, *Nireus*.
VI. ι ante σ, τ, φ, χ, corripitur. Excipe ἀγχίσης, *Anchiſes*, βρισεὺς, nomen proprium. Anceps eſt ἴσ☉, *æqualis*, cum compoſitis. ἀκόνιτον, *aconitum* ἴτων, nomen oppidi. ἴφιτ☉, nomen proprium. Iliad β. corripit Virg 3. Æneid. κλιτὺς, *decliuitas*, ſeu *deuexitas montis* Odyſſ. β. λιτὸς, *ſimplex, tenuis, vilis*. τιτὰν, *Titan*. τρίτων, nomen proprium τῖφυς, nomen proprium. Virg. 4. Eclo. & nomina in ιτη ιτης, ιτις, vt ἀφροδίτη, *Venus*. ὁπλίτης, *armatus* ὀνίτις, ſpecies quædam herbæ Excipe κριτὴς, *iudex*, & ſimilia, quæ formantur à verbis penultimam præteriti corripientibus. ἶφι, *fortiter*, cum deriuatis, & compoſitis, ἴφι☉, *robuſtus*. σίρφ☉, nomen inſulæ σῖφ☉, *turma militum*. σίφων, *Siphon, tubus, canalis*. indifferens eſt νίφω, *ningo*. ἰχὼρ, *humor*, producitur.

CAPVT XXV.

DE Y IN PENVLTIMIS SYLLABIS.

I.

Y ante α, υ, ω corripitur. Excipe θυὰς, *Baccha*. Apol. lib 1. ἐνύω, *Bellona* Iliad ε. μύω, *occludo, claudo* μυὼν, *pars corporis, quæ maxime eſt muſculoſa*. μύωπα. *tabanus* vel *luſ us*, corripitur à Colutho, & Tryphiodoro. ὕω, *pluo*. De verbis in ύω, vide cap. 12.
II. υ ante β γ. δ, θ, corripitur. Excipe ὑβὸς pro κυφὸς, *incuruus, gibb ſus*. Theoc Idyl. 5. ἀμαρυγὴ, *ſplendor* Apol. lib. 2 & 3. quamuis μαρμαρυγὴ, corripitur Odyſſ. θ. ἰυγὴ, *ſibilus, clamor*. Nicand. Theriac λαιστρυγὼν, *Læſtrygones*, nomen populi Odyſſ. κ. ὀλολυγὴ, *ululatus* Hom. in hym.

in hymn. & lib. 6 Anth. ὀλολυγὼν, *ululatus, ulula.* πυγὴ, *clunes.* τρυγὼν, *turtur.* Idyl. 15. ἄβυδος, *Abydus*, Musęus. Orph. in hym. βοτρυδὸν, *instar racemi.* ἐρικυδὴς, *illustris, valde splendidus.* quia fit à κῦδος, *gloria.* λυδὸς, *Lydus ex Lydia.* τυδεὺς, *Tydeus.* φερεκύδης, *Pherecydes.* communis est ὕδωρ, *aqua.* βυθὸς, *profundum.* corripitur ab Orph. in hymn. πύθω, *putrefacio.* πυθὼ, *putredo.* πύθομαι, *audio, resoio*, sæpe primam corripit.

III. υ ante κ, λ, μ, ν, corripitur. Excipe βρυκὸς, *præs.* βρύκω, *dentibus collisis strideo.* συκῆ *ficus arbor.* Odyss. α. σῦκον, *ficus fructus.* φυκὶς, nomen piscis à φῦκος. Anceps est ἐρύκω, *inhibeo, contineo.* ἄσυλον, *asylum.* ἐριφύλη, nomen proprium. κίνδυλα, *instrumentum quoddam conficiendi naues.* τύλη seu τύλα, *callus. culcita.* lib. 2. Anthol. ὕλη, *sylua, materia.* φυλὴ, *tribus.* χυλὸς, *succus.* ἀμύμων. *inculpatus.* passim apud Hom. λύμη, *lues, noxa.* λῦμα, *purgamentum, sordes.* Et dissyllaba in υμος, cum compositis, vt χυμὸς, *succus.* θυμὸς, *animus.* πρόθυμος. *alacer.* & pronomina ὑμεῖς, ὑμῶν, ὑμέτερος. Anceps est ἀνώνυμος, *non nominatus.* ἀνεύθυνος, *crimine vacans.* βιθυνὸς, *Bithynus.* γορτυνὶς, *Gortynis.* δύνω, *subeo.* θύνω, *ruo. impetu feror.* & polysyllaba in υνω, vt μολύνω, *contamino.* δίκτυννα, nomen Dianæ. κίνδυνος, *periculum.* λάγυνος, *effœminatus.* πάχυνος, *Pachynus.* corripitur tamen à Dionysio τύνη pro σὺ Doricè, *tu.* πλυνὸς, *locus vbi lauatur*, breue est, vt & γυνὴ, *mulier*, cum compositis. μύνη, *prætextus, excusatio*, producitur Odyss. φ. ξυνὸς, *communis* Iliad σ.

IV. υ ante π, ρ, corripitur. Excipe γρυπὸς, *gryphus, naso vel rostro aduncus, incuruus.* λύπη, *tristitia.* σκυρύπους, *pedibus in rectum tendens.* ἄγκυρα, *anchora*, vel Ancyra nomen vrbis. ἁλιμυρὴς, *in mare cum sonitu quodam fluens.* γέφυρα, *pons.* γυρὸς, *curuus, rotundus.* Odyss. τ. κινύρη, genus quoddam instrumenti. κορκύρα, *Corcyra.* λάφυρα, *spolia.* νίσυρος, nomen insulę Iliad. β. ὄλυρα, species quædam leguminis. Iliad. θ. πάπυρος, *papyrus.* πίτυρον, *furfur.* πλημμυρὶς, *æstus maris.* πυρὸς, *tritici, frumenti.*

σκυρὸς, *scyrus.* σύριγξ, *fistula.* σφῦρα, *malleus.* τυρὸς, *caseus.* & nomina oxytona in υρος, vt ὀϊζυρὸς, *miserabilis.* ἰσχυρὸς, *fortis.* (ἁλμυρὸς, *salsus* corripitur) & verba in υρω vel υρομαι, vt φύρω, *misceo* σύρω, *traho.* κύρομαι, à κύρω. *incido.*

V. υ ante σ producitur Excipe, λύσις, *solutio.* φύσις, *natura.* χύσις, *fusio*, & id genus alia verbalia in υσις.

VI. υ ante τ, φ, χ corripitur. Excipe ἀδάκρυτος, *infletus*, ἀλίτρυτος, *in mari vexatus* ἀϋτή, *clamor.* βουλυτὸς, *tempus vespertinum, in quo boues à laboribus soluuntur* γωρυτὸς, *pharetra, theca sagittarum.* Odyss φ. κωκυτὸς, *Cocytus* ῥύτωρ, *liberator.* ῥύτη, *ruta.* ῥυτὸς, *tractus.* λύτωρ, *solutor.* μηνύτωρ, *index, nunciator.* πρεσβύτης, *senex.* λέλυφος, *cortex, putamen.* κυφὸς, *curuus*, κύφων, *quod est incuruatum, gibbus.* στύφω, *adstringo.* τύφω, *fumum excito.* βρυχὴ, *rugitus.* ψυχὴ, *anima.* ἐριβρύχης, *valde rugiens.* ψύχω, *refrigero.* τρύχω, *attero.* βρύχω, *frendeo, strideo.*

CAPVT XXVI.

DE QVANTITATE ANCIPITVM IN VLTIMIS SYLLABIS.

A

I. OMNIA nomina paroxytona secundæ simplicium in ια, εια, εα, δα. θα, & ρα, producunt vltimam, ἡ σοφία, *sapientia.* ἡ πενία, *paupertas.* ἡ δουλεία, *seruitus.* ἡ προφητεία. *Prophetia.* ἡ θέα, *spectaculum.* ἡ Λήδα, *Leda.* ἡ Μάρθα, *Martha.* ἡ πέτρα, *petra.* ἡ ἐσχάρα. *focus.* ἡ μέρα, *dies.*

EXCIPE ἴα & μία, *vna.*

Theognis ἀνθρώπους οὖς ναῦς μὴ, μία πάντας ἄγοι.

Homines quos nauis non vna omnes agit.

II. PAROXYTONA quæ ante α, geminum habent ſigma, aut vnam duplicem, corripiunt vltimam, ὄσσα. *fama, vox.* λύσσα, *rabies.* δόξα, *gloria.* φύζα, *fuga.* δίψα, *ſitis.* quibus adde τόλμα, *audacia.*

Odyſſ. 1. ἤν τίς τοι εἴπῃσι βροτῶν ἢ ὄσσαν ἀκούσῃς.

Si quis tibi dicat mortalium, aut famam audiueris.

Iliad. 9. Ἀνέρας ὐδὲ θεὺς, κρατερὴ δέ ἑ λύσσα δέδυκεν.

Magna ipſum rabies inceſſit.

Theognis. Δίψα δὲ λυσιμελὴς καὶ μέθυσις χαλεπή.

Sitis membra ſoluens, & ebrietas grauis eſt.

Homer Iliad. 9. θεσπεσίη ἔχε φύζα, φόβου κρυόεντος ἑταίρη.

(Achiuos) diuinitus immiſſa tenebat fuga frigidi timoris ſocia.

III. OMNIA oxytona ſecundæ ſimplicium habent α longum ἡ χαρὰ *gaudium.* ἡ πονηρὰ, *mala.* ἡ ἀνθηρὰ *florida.* ἡ θεὰ, *Dea.*

Corripitur, vt nonnullis placet, παιδιὰ, *ludus, iocus.*

ANNOTATIO.

Sæpe cognoſci poteſt quantitas huius declinationis accentu, qua de re cum cap 6. dictum ſit, non eſt cur hic repetamus, nam hæc, πότνια, *veneranda,* τράπεζα, *menſa.* & ſimilia, nemo non videt, habere α breue, vt & iſta α longum. πήρα, Φαίδρα, λαύρα. σπεῖρα, ἄρα, quia ſi α breue eſſet, tunc prima circumflecteretur.

IV. PRÆ-

IV. PRÆTER verba quorum α accentu cognoscitur, breue est α in omnibus neutris pluralis numeri. ξύλα, ἡδέα, ὀξέα, & in neutris singularibus quintæ, θυμίαμα, *Thymiama*, στράτευμα, *exercitus*. & in adiectiuo neutro μέγα, *magnum*. & in accusatiuo singulari quintæ simplicium, vt & contractorum, cum in α non contractum exit. τὸν τιτᾶνα, αἴαντα, δημοσθένεα, βασιλέα.

V. A longum est in vocatiuo primæ simplicis nominum in ας & in duali, itemque in duali secundæ. Longi etiam sunt vocatiui poetici quintæ simplicium, ὦ πολυδάμα, κάλχα, ἄτλα.

Homer. 13. Iliad.

Πολυδάμα, σὺ μὲν αὐτοῦ ἐρύκακε πάντας ἀρίστους.

Polydama tu quidem hic contine omnes proceres.

ANNOTATIO.

Producuntur etiam apud Latinos huiusmodi vocatiui.

Ouid. *Tempus Atla veniet tua quo spoliabitur auro.*

Virgil. *Non hæc o Palla dederas promissa parenti.*

VI. VOCATIVI primæ in α nominum compositorum à verbis μετρῶ, πωλῶ, τρίβω, item illi in τα, πα, vel θα, & alii qui contra communem regulam in α exeunt, breues sunt; vt ὦ γεωμέτρα, βιβλιοπῶλα, παιδοτρίβα, προφῆτα, τοξότα, κυνῶπα, σκῶθα, μεναῖχμα, λάγνα.

In Epigram. ἔννεπε τοὺς ἀριθμοὺς ἔμπειρε γεωμέτρα κείνους.

Dic illos numeros docte geometra.

ANNOTATIO.

Aliqui regulam istam tantum de appellatiuis intelligendam tradunt, non autem de propriis, sed tamen Theocritus Idyll.7. id non obseruat.

ὦ μακαριστὲ κομᾶτα, τὺ θὴν τάδε τερπνὰ πεπόνθεις.

O beate Comata, tibi hæc iucunda diu acciderunt.

Et Homer. Iliad. 12. ἔρχεο δῖε Θοῶτα, θέων Αἴαντε κάλεσσον.

Veni diuine Thoota, currens voca Aiaces.

Idem Theocritus produxit etiam appellatiuum. Idyll. 22.

ὦ πύκτα πολύδευκες. O pugil Pollux.

VII. OMNES præpositiones in α, & coniunctiones, & pleraque aduerbia, suum α corripiunt, licet Poetæ versus gratia sæpe producant.

I.

I. IOTA non contractum, corripitur in neutris, μέλι, ἄχαρι, σίνηπι, πέπερι.

II. IN DATIVIS quintæ, τῷ αἴαντι, & in plurali αἴασι, & in aliis declinationibus, addito, ι, αἰνείασι, μούσαισι, λόγοισι.

III. IN ILLIS quoque per paragogen auctis, βίηφι, στρατόφι, ποντόφι, & in verbis, ἔλθῃσι, pro ἔλθῃς.

IV. IN VOCATIVIS quintæ, σ, nominatiui abiicere solitis, ὄφι, ἔρι, ἀμαρυλλί.

V. IN PRONOMINIBVS νῶϊ, σφῶϊ, σφίσι, & in præpositionibus, ἀμφὶ, περὶ, ἐπὶ, itemque aduerbiis & coniunctionibus, ῥωμαϊστὶ, ἀμογητὶ, ὅτι.

VI. ADVERBIA & pronomina per paragogen

gen iota additum habentia, producunt illud, νυνὶ, τουτοῒ, οὑτοσὶ, τουτονὶ, τουτῳΐ.

Ariſtoph. Pluto. τουτὶ σὺ τολμᾷς ὦ μιαρωτάτη λέγειν;

Hoc tu audes o ſceleſtiſſima dicere?

Ibidem. ὅστις ποτ᾽ ἐστιν οὑτοσὶ, καὶ τοῦ χάριν.

Quiſnam ſit hic, & cur aduenerit.

VII. PRODVCITVR etiam Iota ab Atticis ex ε vel α, vel ο factum; ὁδὶ, τοδὶ, ταυτὶ, pro ὁδὲ, ταυτα, τοῦτο.

Ariſtoph. Pluto. τήνδὶ δεδιότι μηδὲ διαμαχούμεθα;

Hanc reueriti, neque repugnabimus?

Idem: οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως ὁ χρησμὸς εἰς τουτὶ ῥέπει.

Non eſt vt huc oraculum inclinet.

Υ.

I. NOMINA neutra quintæ, breue habent υ, ἄστυ, *vrbs*, πῶϋ, *grex ouium*, ὀξὺ, *acutum*. γλυκὺ, *dulce*. ἡδὺ, *ſuaue*. δριμὺ, *acerbum*. βαθὺ. *profundum*.

II. PRONOMEN σὺ, & Doricum τὺ, & multa aduerbia, μεταξὺ, *inter*. μεσσηγὺ, *idem*. & ἀντικρὺ, *contra*, quod tamen aliquando producitur.

Iliad. η. Ἀντικρὺ δ᾽ ἀπόφημι, γυναῖκα μὲν οὐκ ἀποδώσω.

Aperte dico, mulierem non reddam.

Iliad. 17. Ἀντικρὺ δ᾽ ἁπαλοῖο δι᾽ αὐχένος ἤλυθ᾽ ἀκωκή.

Penitus per tenerum collum venit cuſpis.

III. PRODVCVNT, υ, tertiæ personæ singularis numeri quartæ coniugationis verborum in μι, in imperfecto, & Aoristo secundo, ἔδυ, ἔφυ.

IV. Υ ex resolutione diphthongi breue est tam in fine, quam in medio, ὧ ἐῢ, *bene*.

AN.

I. LONGA sunt masculina in αν, ὁ τιτὰν, τιτᾶνος, *Titan*. ὁ παιὰν, παιᾶνος, *Pæan*. ὁ πὰν, πανὸς, *Pan, pastorum Deus*.

II. CORRIPIVNTVR vocatiui in αν, facti à flexis per ντος, & nomina, & participia neutra Aoristi primi, ὦ αἶαν, *o Aiax*. ὦ θόαν, *o Thoas*. τὸ μέλαν, *nigrum*. τὸ τάλαν, *miserum*. τὸ τύψαν, *quod verberauit*. τὸ ποιῆσαν, *quod fecit*. Præter πὰν τοῦ παντὸς, *omne*, licet eius composita, vt ἄπαν, σύμπαν, aliquando corripiantur.

Hom. Iliad. 13. Αἶαν ἐπεί τις νῶϊ θεῶν οἳ ὄλυμπον ἔχουσι.

Aiax cum aliquis Deorum, qui Olympum habitant, iubeat nos pugnare.

Ibid. ὦ θόαν, οὔτις ἀνὴρ νυνῦγ' αἴτιος.

O Thoas nemo virorum in culpa est.

III. CORRIPITVR accusatiuus in αν, secundæ declinationis simplicis nominum habentium α breue in Nominatiuo, τὴν Μοῦσαν, τὴν λύσσαν, τὴν δόξαν, τὴν τράπεζαν, quæ partim cognoscuntur accentu, partim ex regulis traditis hoc capite.

IV. ADVERBIA in αν longa sunt, πέραν, *vltra*

vltra λίαν, valde, εὐαν, *Euan, vox bacchantium*, ἄγαν, *nimis.*

Soph. Aiac. flagell. σὺ δ' οὐχὶ πείσῃ; πόλλ' ἄγαν ἤδη θροεῖς.

Non obtemperabis? multa iam loqueris.

Excipiunt ὅταν, *quando*, & πάμπαν, *omnino.* Odyss 2.

ὃ δὴ τάχα οἶκον ἅπαντα
πάγχυ διαρραίσει. βίοτον δ' ἀπὸ πάμπαν ὀλέσσει.

Quod cito domum totam omnino destruet, & totum victum funditus perdet.

ANNOTATIO.

Eustathius in istum locum ita scribit, ὅρα καὶ τὸ πάμπαν συσταλὲν, ὡς τὸ ἄγαν καὶ λίαν. Vide etiam vocem πάμπαν correptam, sicut aduerbium ἄγαν & λίαν. At nihil noui est, si τὸ ἅπαν, cum nomen sit, Iones quoque corripiant, & ipse Homerus.

Τῶν δ' ἅπαν ἐπλήσθη πεδίον.

Totus campus repletus est.

Attici vero, vt dicit Ælius Dionysius, producunt vltimam τοῦ ἅπαν, Hæc Eustathius. Ex cuius sententia vides etiam ἄγαν & λίαν corripi posse.

AP.

BREVIA sunt finita in αρ. τὸ νέκταρ *nectar.* τὸ ἧπαρ, *iecur.* τὸ δέλεαρ, *esca.* τὸ ὄναρ, *somnus somnium.* aduerbia, αὐτὰρ, *cæterum*, & ἄφαρ, *statim, continuo.*

Excipe monosyllaba, ὁ κὰρ ὁ ψὰρ, & si quæ alia huius generis occurrunt. γὰρ tamen corripitur, & interdum producitur.

ΑΣ.

I. LONGVS eſt nominatiuus ſingularis primæ ſimplicium, ὁ Αἰνείας, & accuſatiuus pluralis eiuſdem, & ſecundæ ſimplicium, τοὺς Αἰνείας, τὰς Μούσας, niſi per dialectum corripiatur.

II. LONGA ſunt nomina flexa per ντος, αἴας, αἴαντος, *Aiax.* ὁ κάλχας, κάλχαντος, *Calchas.* ὁ πολυδάμας, πολυδάμαντος, *Polydamas.*

III. Πᾶς cum compoſitis, ἅπας, σύμπας. *omnis.*

IV. PARTICIPIA maſculina in ας, ὁ τύψας, τύψαντος, ὁ ἱςὰς, ἱςάντος, ὁ ςὰς, ςάντος, ὁ ποιήσας, ποιήσαντος.

BREVIA ſunt fœminina in ας, ἡ λαμπὰς, λαμπάδος, *lampas.* ἡ μονὰς, *vnitas,* & maſculina, ὁ μέλας, *niger.* ὁ τάλας, *miſer.* ὁ λᾶας, τοῦ λάαος, *lapis.* ὁ μέγας, *magnus.* Hinc ὑπέρμεγας. Et neutra in ας, τὸ κέρας, *cornu.* τὸ κρέας, *caro.* τὸ σέλας, *lumen.*

V. CORRIPIVNTVR accuſatiui plurales quintæ declinationis ſimplicium, πτῶνας, βότρυας, ῥήτορας, & quos Poetæ formant à pronominibus, ἡμέας, ὑμέας, σφέας.

Iliad. 10. καὶ ἂψ εἰς ἡμέας ἔλθοι.

Et rurſus ad nos veniat.

ANNOTATIO.

Videntur etiam corripi Æolici accuſatiui ὔμμας, cum Æoles alias alpha longum pluralis in breue mutent, vt ſuo loco dictum eſt. Non eſt autem negandum, quin aliqua ex his, quæ corripi diximus, inueniantur à Poetis interdum produ-

producta; ſed id rarum eſt, & fit licentia poetica, aut excuſatur cenſura alioue modo, ſic vltima in δάμαρ, apud Homerum, & vltima in πάλας longa eſt apud Euripidem, & alia apud alios.

IN.

I. BREVES ſunt accuſatiui quintæ in ιν, à nominibus barytonis, ἔριν, ὄφιν.

II. PRONOMINA poetica μὶν & νὶν, τὶν, & τεὶν, pro σοὶ, σφὶν, νῶιν, σφῶιν; aduerbia πάλιν, *iterum*. πρὶν, *prius*. & illæ ſyllabæ, quibus ν additur, τύπτουσιν. λέγουσιν, τύπτουσιν. Quædam tamen interdum producuntur, ſicut & ἐμίν pro ἐμοί. apud Theoc. Idyll. 2. & alibi.

III. DATIVI ὑμῖν & ἡμῖν longi ſunt, vt ex accentu conſtat, corripiuntur tamen retracto accentu, & in acutum commutato, ἄμμιν, ὔμμιν, vel ἥμιν & ὕμιν.

Theocrit. Idyll. 1 χαίρετ' ὁ βωκόλος ὔμμιν ἐγὼ δάφνις οὐκ ἔτ' ἀν' ὕλαν.

Valete, bubulcus ego Daphnis non ero vobis amplius in ſyluis.

IV. LONGA ſunt ἡ ἀκτὶν, ὁ δελφὶν, ἡ ἲν, ἡ ῥὶν, ἡ σαλαμὶν, & ſimilia, quæ in ινος genitiuum formant, & dicatalecta dicuntur, quod in ιν & ις, terminentur.

IΣ.

I. CORRIPIVNTVR grauitona in ις, ἡ πόλις, *vrbs*. ἡ ἔρις, *lis*. & omnia nomina quorum genitiuus in ιδος, breue exit, ſiue ſint oxytona, ſiue non, ἡ τυραννὶς, *tyrannis*, τυραννίδος, ἡ βρισηίς, βρισηίδος, *Briſeis*. τὶς, τινὸς, at κὶς longum eſt.

II. Prodvcvnt ις, quorum augmentum longum eſt, cuiuſmodi ſunt omnia dicatalecta ſuperius commemorata, & præterea ἡ κρηπὶς, *crepido*. κνημὶς, *tibiale, ocrea*, ἡ σφραγὶς, *ſigillum*. ἡ κληὶς, *clauis*. Homer Iliad. 22.

εἶχον ἐπημοιβοὶ, μία δὲ κληὶς ἐπαρήρει.

Firmabant mutui, vna autem clauis accommodata erat.

ANNOTATIO.

Gaza & Laſcaris, & alii volunt diſſyllaba, quorum penultima natura longa, & quæ neque propria ſint, neque diminutiua, habere ι breue in nominatiuo; vt κνημὶς, κρηπὶς, κληῒς, ſed non adferunt pro ſua ſententia exemplum. Neque vero ex compoſito vocabuli κνημὶς id colligere licet. Nam licet aliqui ſcribant εὔκνημις, accentu in antepenultima; alii tamen accentum, & quidem acutum notant in penultima, εὐκνήμις, ex quo conficitur, ipſos habere vltimam pro longa; alioqui circumflectenda eſſet. Et illi ipſi, qui εὔκνημις ſcribunt, faciunt πολυκλήϊς & εὐκλήϊς paroxytone, nec immerito, producitur enim, Iliad. 24.

ὅσση δ' ὑψορόφοιο θύρη θαλάμοιο τέτυκται
ἀνέρος ἀφνειοῖο ἐϋκλήϊς ἀραρυῖα

Quanta autem alti ianua cubiculi eſt viri diuitis, bene obſerata, affabre aptata.

III. Adverbia in ις corripiuntur, ἅλις, *ſatis*. δὶς τρὶς, τετράκις, πεντάκις, πολλάκις, *bis, ter, quater, quinquies, ſæpe*. ἀμοιβαδὶς, *viciſsim, alternatim*, Theocrit. Idyll. 1.

ἐς τρὶς ἀμέλξαι. Et Idyll. 2. ἐς τρὶς ἀποσπένδω, *ter libo.*

ΥΝ

I. Accvsativvs quintæ in υν corripitur, ὀξὺν, ἡδὺν, γλυκύν.

II. Et

II. ET PARTICIPIA neutra quartæ in *μι* *ζευγνὺν*, & coniunctiones, *νὺν*, *τοίνυν*, *igitur*. Et præpoſitio *σὺν*.

III. PRODVCVNTVR quæ duas habent terminationes in Recto, ὁ *Φόρκυν* *Phorcys*, *Neptuni filius*. ὁ *μόσυν*, *domus*, *vel turris lignea*, & quæ *υς* nominatiui habent longum, *ἰλὺς*, *limus*. *ἰχθῦς*, *piſcis*. ὀφρῦς, *ſupercilium*, & ſimilia, *ἰλὺν*, *ἰχθὺν*. ſeu *ἰχθῦν*. *ἰχθὺς* apud Oppianum corripitur, quare etiam *ἰχθὺν* corripere licebit, & eadem eſt aliorum ratio.

IV. PRODVCVNTVR primæ perſonæ imperfecti, & aoriſti ſecundi verborum in *μι*, *ἐζεύγνυν*, *ἔφυν*, *ἔδυν*, & aduerbium *νῦν*, cuius quantites ex accentu ſatis patet.

ΥΡ.

FINITA in *υρ*, dicuntur eſſe longa à Grammaticis, ὁ *ψίθυρ*, *ſuſurro*. ὁ *μάρτυρ*, *teſtis*. τὸ *πῦρ*, *ignis*. quod accentu notum eſt. In obliquis tamen certum eſt corripi, vt ſupra diximus. *μάρτυς* corripitur à Bione Idyll. 4.

μάρτυς ἐγὼν ὅτι μῦθος ὅδ' ἔπλετο πᾶσιν, ἀληθής.

Teſtis ego ſum, quod hic ſermo verus ſit.

ΥΣ.

I. CORRIPIVNTVR adiectiua in *υς* oxytona, ὁ *γλυκὺς*, ὁ *βαρὺς*.

II. ITEMQVE ſubſtantiua, ὁ *πέλεκυς*, *ſecuris*. ὁ *πῆχυς*, *cubitus*. ὁ *πρέσβυς*, *ſenex legatus*. ἡ *χέλυς*, *chelys*. ἡ *χλαμὺς*, *chlamys*. ὁ καὶ ἡ *νέηλυς*, *aduena*

ὁ βότρυς, *botrus*. κόρυς, *galea*. ὁ στάχυς, *spica*. ὁ νέκυς, *mortuus*.

Excipe ἡ κώμυς, κώμυθος, *fasciculus, manipulus*. Nam si vltima esset breuis, penultima esset circumflectenda.

III. Prodvcvntvr substantiua oxytona, quæ in genitiuo habent ος purum, vt ἰλὺς *limus*. τηθὺς, *Tethys, Tethyos*, ὀϊζὺς, *miseria* ἐριννὺς, *Erinnys*. ἐδητὺς, *cibus*. νηδὺς, νηδύος, *venter*. ἀχλὺς, *caligo*. ἡ πληθὺς, *multitudo*. quibus adde ἡ ἄρκυς, *rete*, ἄρκυος. Hesiodus in clypeo.

παρ' δ' ἀχλὺς εἱστήκει ἐπισμυγερή τε καὶ αἰνή.

Astitit caligo ærumnosa & grauis.

Iliad. 2. ὣς φάσαν ἡ πληθὺς, ἀνὰ δ' ὁ πτολίπορθος ὀδυσσεύς.

Sic dixerunt turba, surrexit autem vastator vrbium Vlysses.

ANNOTATIO.

Græcorum imitatione producunt etiam Latini quædam ex prædictis in nominatiuo & accusatiuo.

Silius lib. 17. *Intima ab occasu Tethyn impellit & ortu.*

Virg. 1. Georg. *Teque sibi generum Tethys emat omnibus vndis.*

Corripuit Ouid 4. Fastor.

Tethys & extremo sæpe recepta loco est.

IV. Longæ sunt secundæ personæ indicatiui præsentis & imperfecti, & participia masculina in υς, verborum in μι quartæ coniugationis, ζεύγνυς, ἐζεύγνυς, ὁ ζευγνὺς, Iliad. 10.

ὀλλὺς ἀργείους, ὅτε δὴ περὶ νὺξ ἐκάλυψεν.

Perdens Argiuos quando nox erat.

V. Pro-

V. PRODVCVNTVR etiam dicatalecta. ὁ φόρκυς, ὁ μόσυς.

CAPVT XXVII.

QVOMODO QVANTITAS GRÆCA COGNOSCI possit interdum præſidio linguæ & Proſodiæ latinæ.

LATINOS multa vocabula Græca vel integra, vel nonnihil immutata in ſuam linguàm tranſtuliſſe, clarius eſt, quam vt multis ſit probandum. Quare ſi quando dictio occurrat, cuius quantitatem regulis hactenus præſcriptis inueſtigare nequeas, circumſpice num hæſitanti opis aliquid lingua & Proſodia latina ſuppeditet. Poſſumus autem tripliciter ex lingua latina venire in cognitionem quantitatis Græcæ. Primo, pronunciatione: quo pacto intelliges corripi primam in nomine μαχὴ, μάχομαι, latine enim *Antimachus*, *Symmachus*, *Callimachus*, dicere ſolemus, penultima breui. Sic hæc στρατὸς, στρατεύω, στρατιώτης prima breui conſtare diſces. Nam Latini *Nicoſtratus*, *Phileſtratus*, penultima breui pronunciant. Pari modo μακρὸς, βραχὺς, κράτος, λυτὸς, φίλος, φράσις, τύπος, λίθος, τύχη, breuia eſſe intelliges, quia hæc corripimus: *Amphimacer*, *Tribrachys*, *Hippocrates*, *Hippolytus*, *Pamphilus*, *paraphraſis*, *Antitypus*, *Chryſolithus*, *Eutyches*.

πίνω,

πίνω, κλίνω, longa ſunt, cum *propino, declino*, eiuſdem ſint quantitatis. Sic κελτὶς, κέλσις, & λύσις breuia, quia latine breuiatur *hypocrita, hypocriſis, analyſis*. ἀκρόαμα, θέαμα, θυμίαμα, alpha longo conſtant, latine enim Acroama, Theama, Thymiama efferimus, & ita in aliis plurimis.

Eſt autem præceptum hoc intelligendum de illis, quæ pronunciantur à Latinis ſecundum quantitatem, qualia ſunt prædicta, non ſecundum accentum ſolum: Neque enim recte colliges penultimam in σοφία eſſe longam, eo quod accentu acuto à pleriſque efferatur. Sic in quibuſdam obſeruant etiam viri docti non quantitatem, ſed accentum, vt in hoc vocabulo, *acroaſis*, quod effertur plerumque á Latinis proparoxytone, & tamen penultima longa eſt.

SECVNDO poterit quis venire in cognitionem quantitatis Græcæ, ſi videat quantum illud vocabulum ſit apud Latinos, ſi à Latinis vſurpatur: vt ſi quis dubitaret, quam quantitatem habeat ἀδάμας, vel ἄδυτον, vel ἄτομος, vel ἄθεος, in prima ſtatim ex latinæ linguæ præceptionibus cognoſcet eſſe breues prædictas ſyllabas. Vſurpant quoque latini Poetæ multa nomina propria accepta à Græcis, videndum eſt igitur diligenter qua quantitate vſurpent, certumque eſſe debet, quantitatem illam eſſe etiam Græcorum.

TERTIO cognoſcere licebit quantitatem Græcarum vocum conſulendo præcepta latinæ Proſo-

Prosodiæ, qua ratione plurimarum quantitatem inuestigabis, quod reipsa comperiet is, qui latinæ Prosodiæ, præsertim eius, quam scripsit Emmanuel, præceptiones memoria complexus Græca carmina pangere volet. Inde etenim non mediocre adiumentum pro syllabis vltimis & non vltimis accipiet.

CAPVT XXVIII.

DE EXEMPLO ET AVCTORITATE.

RESTAT vltima ratio cognoscendæ quantitatis Græcæ. Hæc autem est auctoritas & exemplum Poetarum, qua nulla melior & certior, addo & facilior, si vel mediocris Poetarum lectio, & vsus accedat; sicut porro apud Latinos multæ sunt syllabæ, quarum quantitatem nullis vnquam Grammaticorum præceptionibus explores, sed sola Poetarum lectione, & vt sic dixerim, familiaritate; ita apud Græcos sæpe ad eosdem necessario confugiendum erit. Et sicut apud Latinos non propterea impedimur, quo minus & pulchre, & bene, & celeriter carmina condamus, eo quod non omnia sint comprehensa regulis: ita nec apud Græcos. Tot enim præstantissimos vates suppeditarunt nobis Græcæ Musæ, vt valde tardum esse oporteat, qui eorum vsu & peruolitatione non aliquam Græcæ

quan-

quantitatis cognitionem sibi comparet; & vt alios negligas, vnus certe Homerus instar omnium esse potest. Hunc versa, hunc reuersa, & neque huius libri præceptis, neque aliis magnopere indigebis. Vt autem vno alteroue exemplo declaremus, quid sit auctoritate Poetarum cognoscerre quantitatem, si quis hæreat, quanta sit prima verbi ἀείδω, breuem esse videbit, si vel primum Homeri versum aspiciat: μῆνιν ἄειδε θεά. Eandem nonnunquam esse longam docebit te idem Homerus hymno in Mercurium: ἑρμῆν ἀείδω κυλλήνιον, *Mercurium cano Cyllenium.*

Sic iota in nomine ξίφος breue, & υ vocabuli μυρία, esse longum, ex his duobus versibus 1. Iliad. planum fiet.

ἕλκετο δ' ἐκ κολεοῖο μέγα ξίφος. ἦλθε δ' Ἀθήνη.

οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε.

CAPVT XXIX.

DE SYLLABA COMMVNI ET LICENTIIS POETICIS.

I.

DIPHTHONGI & vocales longæ communes fiunt apud Græcos, cum vocalem diuersæ potissimum dictionis antecedunt, cuius rei attulimus cap. 4. aliquot exempla, & hoc Græcis est solenne ac perpetuum. Odyss. ι.

ἄνδρα

ἄνδρά μοι ἔννεπε Μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ

πλάγχθη ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε.

Dic mihi Musa virum versutum qui valde multum oberrauit, postquam Troiæ sacrum oppidum diripuit.

II. APVD Poetas Græcos non tantum retinentur diphthongi, & vocales longæ, sed ne breues quidem semper eliduntur, licet sequens dictio incipiat à vocali vel diphthongo. Odyss. 1.

ἀλλ' οὐδ' ὣς ἑτάρους ἐρρύσατο ἱέμενός περ.

Sed ne sic quidem socios liberauit, quamuis cuperet.

Ibidem. τέκνον ἐμὸν ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων.

Filia mea qualis sermo excidit septo dentium.

ANNOTATIO.

Latini diphthongos & vocales cum vocalibus aut diphthongis concurrentes elidunt; interdum tamen Græcorum exemplo id facere negligunt.

Virgil. 1. Georg. *Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur.*

Idem Eclog. 7. *Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ.*

Et id genus alia quæ adfert Emmanuel.

III. MONOSYLLABA breuia hoc ipso quod monosyllaba sunt, producuntur sæpe à Poetis, vt τὲ, μὲ, γὰρ, τίς.

Iliad. 3. τεύχεα μὲν οἱ κεῖται ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ.

Arma iacent illi in terra, quæ multos pascit.

Iliad 5. ὧδε δέ τις εἴπεσκεν Ἀχαιῶν τε Τρώων τε.

Sic dicebat aliquis ex Græcis & Troianis.

IV. SYLLABA breuis post quatuor primos pedes relicta, sæpe producitur à Poetis.

Post primum pedem.

Iliad.14. οἱ δὲ μέγα ἰάχοντες ἐπέδραμον.

Illi valde clamantes insiluerunt.

Odyss.1. ἀρνύμενος ἥν τε ψυχὴν καὶ νόστον ἑταίρων.

Magna cura seruans suamq; animam & reditum sociorum.

Post secundum pedem.

Iliad.2. οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα.

Non oportet totam noctem dormire virum consiliarium.

Iliad.3. σεύατο γάρ τι ἔπος ἐρέειν κορυθαίολος Ἕκτωρ.

Videbatur enim galeatus Hector aliquid velle dicere.

Post tertium pedem.

Iliad.3. αἰεί τοι κραδίη πέλεκυς ὥς ἐστιν ἀτειρής,

Semper tibi cor est durum instar securis.

Iliad.1. ἐλθοῦσ' Οὔλυμπόνδε Δία λίσαι εἴποτε δή τι,

Veniens in Olympum, ora Iouem.

Odyss.6. ἀλλ' ὅτε δὴ ἄρ' ἔμελλε πάλιν οἶκόνδε νέεσθαι.

Sed quando iam rursus domum itura erat.

Iliad.1. αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτοῖσι βέλος ἐχεπευκὲς ἀφιείς.

Sed

Sed postea in ipsos sagittam mortiferam immittens.

Post quartum pedem.

Iliad. 1. τόξ' ὤμοισιν ἔχων ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην.

Arcum gestans humeris & pharetram circum tectam.

Iliad. 2. ἑκτόνδ' αὖτ' Ὀδυσῆα Διὶ μῆτιν ἀτάλαντον.

Sextum autem rursus Vlyssem Ioui consilio similem.

Post quintum pedem.

Iliad. 4. ἶσα φίλοισι τέκεσσι χαριζομένη πόσεϊ ὧ.

Gratificans charo marito æque ac dilectis liberis.

Iliad. 3. Ἰδομενεὺς ἑτέρωθεν ἐνὶ κρήτεσσι θεὸς ὣς ἕστηκε.

Ex altera parte inter Cretas stetit Idomeneus tanquam Deus.

ANNOTATIO.

Plura exempla nihil opus est congerere, quia vbique sunt obuia. Latini idem interdum sibi licere voluerunt exemplo Græcorum, vt allatis exemplis ostendit Emmanuel: Post quintum tamen pedem vix reperietur breuis apud Latinos.

V. Lex necessitasque metri cogit poetas aliquando producere breues, vt cum sunt tres vel plures breues continuæ in aliquo vocabulo, vt in his, ἀθάνατος, *immortalis*. πριαμίδης, *Priamides*. συβόσια, *suilia*. ἀπονέεσθαι, *redire*. Exempla passim occurrunt apud Homerum.

Interdum longas corripiunt Dionys.

Καὶ ποσειδήϊα ἔργα καὶ ἱερὰ τέμπεα δάφνης,

Neptunia opera & Daphnes ſacra tempe.

Alii tamen legunt apud Dionyſ. καὶ ποσιδήϊα ἔργα. vel καὶ ποσιδήϊα.

Hom. Iliad. 2.

ὀρχηστόνθ', ἱερὸν ποσιδήϊον, ἀγλαὸν ἄλσος.

Orcheſtum ſacrum Neptunium, clarum nemus.

Fit hoc ſæpe à Poetis iis in vocabulis, quæ ſine licentia leges carminis non ſubeunt. libr. 4. Anthol.

εὗρεν Ἰουλιανὸς χερσὶν ἀδωροδόκοις.

Inuenit Iulianus manibus incorruptis.

Et libr. 5. τοῦτον Ἰουλιανὸν, Τυρίης βλάστημα τιθήνης.

Hunc Iulianum germen Tyriæ nutricis.

Et lib. 7. Κλαυδιανὸν Ῥώμη καὶ βασιλεῖς ἔθεσαν.

Claudianum Roma & Reges poſuerunt.

Lucianus. Λουκιανὸς τάδ' ἔγραψα παλαιά τε μωρά τε εἰδώς.

Lucianus hæc ſcripſi, gnarus veterum & fatuorum.

CAPVT XXX.

DE PEDIBVS ET VERSV.

QVid ſit pes, & quot numero, itemque quid verſus, & quot genera verſuum, præterimus tanquam notum iam ex latina proſodia. Tantum præcipua genera carminum in quibus ſtudioſa iuuentus potiſſimum elaborare debet, hic recenſebimus, more Emmanuelis, cuius veſtigiis, vt alibi, ita & hic libenter inſiſtemus, ducto initio ab Hexametro, ſiue Heroico carmine.

CAR-

CARMEN HEXAMETRVM, SIVE HEROICVM.

CONSTAT ſex pedibus, quorum quintus dactylus eſt, ſextus ſpondeus, reliqui dactyli vel ſpondei. Odyſſ. 1.

ἄνδρα μοι ἔννεπε Μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ
πλάγχθη. ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε,
πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω.

Dic mihi Muſa virum verſipellem qui valde multum
Oberrauit, poſtquam Troiam ſacram euertit.
Et qui multorum vrbes vidit & animum didicit.

QVINTVS pes multo ſæpius apud Græcos, quam apud Latinos, Spondeus eſt, vnde verſus Spondaicus appellatur, qui verſus paſſim in Iliade & Odyſſea occurrunt.

Odyſſ. 1. *μνήσατο γὰρ κατὰ θυμὸν ἀμύμονος Αἰγίσθοιο.*

Recordatus enim eſt animo inculpati Ægiſthi.

PENTAMETRVM CARMEN.

EISDEM pedibus conſtat quibus apud Latinos. Tyrtæus.

Τεθνάμεναι γὰρ καλὸν ἐπὶ προμάχοισι πεσόντα
Ἄνδρ' ἀγαθὸν περὶ ᾗ πατρίδι μαρνάμενον.

Præclarum eſt in prima acie occumbere,
Virum bonum pro patria ſua pugnantem.

Idem. Πολλάκι δηϊοτῆτα φυγὼν καὶ δοῦπον ἀκόντων.
ἔρχεται, ἐν δ' οἴκῳ μοῖρα κίχεν θανάτου.

Sæpe quis elapsus ex pugna & telorum sonitu
Euadit, sed ipsum domi Parca inuenit.

ANNOTATIO.

Obseruandum est Græcos in pentametris non esse tam religiosos quam Latinos. Illi enim, & præsertim Ouidius, raro concludunt aliter pentametrum quam voce dissyllaba, raro tetrasyllaba, & multo rarius trisyllaba. Raro quoque idem Poeta primam cæsuram corripit, raro sententiam aut non absoluit, aut non suspendit vno disticho, in quibus omnibus diligentes imitatores habet. Cæterum in his Græci multo fuere liberiores. Nam vt ex Callimacho, Theognide, & ex fragmentis Tyrtæi, & ex variis Epigrammatis Anthologiæ planum est, sæpe trisyllabo, sæpe adhuc longiori vocabulo pentametrum terminant, sæpe primam cæsuram corripiunt, sæpe sententiam vno disticho, neque perficiunt, neque suspendunt. quod ipsi ausi etiam sunt licet parcius; & modestius nonnulli Latini, vt Catullus & Ausonius, & in trisyllabis etiam Propertius, Tibullus, & multi ex recentioribus magni nominis Poetæ.

CARMEN SENARIVM IAMBICVM SIVE TRIMETRVM Iambicum.

Eurip. Hecub. *ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας.*
λιπὼν, ἵν' ᾅδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν.
Venio mortuorum vallem & portas caliginis
Deserens, vbi Pluto separatim à Diis habitat.

CARMEN DIMETRVM IAMBICVM.

Laert. Κρόνε Διόδωρε τίς σε δαιμόνων κακῇ
Ἀθυμίᾳ ξυνείρυσεν.

"Ιν αὐτὸς ἐμβάλῃς εἰς τάρταρον
 Στίλπωνος λύσας ἔπη
Αἰνιγματώδη; τοιγὰρ εὑρέθης Κρόνος
 Ἔξω τε τοῦ ρῶ κάππα τε.
Crone Diodore quis te dæmonum mala
 Affectione compulit,
Vt tu te in atrum mitteres mox tartarum
 Solutis quod Stilponis non ænigmatis
Victus fuisti? iure ergo deprenderis
 Cronus remotis r, & cappa literis.

SCAZON SIVE CHOLIAMBVS.

Theocrit. in Epigram.

Ὁ μουσοποιὸς ἐνθάδ' Ἱππώναξ κεῖται
Εἰ μὲν πονηρὸς. μὴ ποτέρχευ τῷ τάφῳ,
Εἰ δ' ἐσσὶ κρήγυός τε καὶ παρὰ χρηστῶν,
Θαρσέων καθίζευ κἂν θέλῃς, ἀπόβριξον.
Poeta hic Hipponax iacet.
Siquidem improbus es, ne accedas sepulchrum.
Sin autem es bonus & ex probis,
Confidens sede, & si volueris dormi.

ANNOTATIO.

Eadem omnino est horum carminum ratio apud Græcos & Latinos. Non tamen eadem est licentia integritatem iambici carminis alienis pedibus inficiendi. Eam enim vt Tragœdi, Euripides, Sophocles & Æschylus intactam seruant, ita & fere Comœdi, Aristophanes & Menander, à quibus Latini Plautus, Terentius, & alii non parum discesserunt. Habet autem Scazon quinto loco Iambum, in allato tamen exemplo ponitur spondeus; & secundus versus non est choliambus sed iambus.

Cæterum cum illa carmina quæ ab Anacreonte nomen habent, ſuauiſſima ſint & mellitiſſima, non immerito hic quoque ſtudioſæ iuuentuti proponuntur, ea ſunt iambica dimetra catalecta tribus conſtantia pedibus & ſyllaba. Primo loco habent iambum, vel tribrachyn, anapæſtum, vel ſpondeum, ſecundo iambum, tertio itidem iambum & ſyllabam.

ANACREON IN CICADAM.

Μακαρίζομέν σε τέττιξ
Ὅτι δενδρέων ἐπ' ἄκρων
Ὀλίγην δρόσον πεπωκὼς
Βασιλεὺς ὅπως ἀείδεις·
Σὰ γάρ ἐστι κεῖνα πάντα
Ὁπόσα βλέπεις ἐν ἀγροῖς
Χ' ὁπόσα φέρουσιν ὧραι.
Σὺ δὲ φιλία γεωργῶν
Ἀπὸ μηδενός τι βλάπτων
Σὺ δέ τίμιος βροτοῖσι
Θέρεος γλυκὺς προφήτης.
O ter quaterq; felix
Cicada, quæ ſupremis
In arborum viretis
Roris parum vt bibiſti,
Cantare dulce gaudes,
Reginam agens potentem.
Quodcunque conſpicaris
Tuum eſt: quod arua gignunt
Quod ſylua cumq; profert.
Te amplectitur colonus,
Quod eius in labores

Iniu-

Iniuriosa non sis.
Colunt cicadæ te omnes.
Diuina quod puteris
Æstatu imminentis.

ANNOTATIO

Videtur interdum Anacreon alios pedes & alios versiculos suis odis hoc genere carminum scriptis inserere, quod latius ostendere non est huius loci. Nam quæ hic attulimus vera & pura sunt Anacreontica, ad quæ sua quoq; odaria studiosus adolescens conformabit. Extat etiam elegans oda huius generis apud Theoc. Idyll. 27. & apud Laertium in Bione, qui Anacreonteo semper dimetrum ambicum præponit.

CARMEN ANAPÆSTICVM.

Eurip. Hecub.

Ω χθόνιοι σώσατε παῖδα ἐμὸν.
Ος μόνος οἴκων ἄγκυρά τ' ἐμῶν
Τὴν χιονώδη Θρήκην κατέχει
Ξένου πατρῴου φυλακαῖσιν.
O Dii terrestres seruate filium meum qui solus
Domus mea firmamentum, habitat
Niuosam Thraciam sub custodia hospitiis paterni.

ANNOTATIO.

Vtuntur Anapæstico carmine sæpe Euripides, & Sophocles, & Séneca Latinus, in choris.

CARMEN GLYCONICVM.

Κάπρος ἡνίχ' ὁ μαινόλης
'Οδόντι σκυλακοκτόνῳ
Κύπριδος θάλος ὤλεσεν.
Quando aper furiosus
Dente quo catulos occidit
Cypridis germen perdidit.

CARMEN ASCLEPIADEVM.

Quale illud Horatii lib. 1. Oda. 1.

Mæcenas atauis edite regibus.

Ηλθες ἐκ περάτων γᾶς ἐλεφαντίναν

Λαβὰν τῶ ξίφεος χρυσοδέταν ἔχων.

Venisti ex finibus terræ eburneum.

Manubrium ensis auro reuinctum habens.

ANNOTATIO.

Citatur ex Hephæstione. Primo loco primi versus est Trochæus, & in primo secundi Iambus, vtrobique debebat esse spondæus.

Quod sequitur simile est illi Horatiano libr. 1. od. 9. Vides vt alta stet niue candidum.

Alcæus. Οὐ χρὴ κακοῖσιν θυμὸν ἐπιτρέπειν.

προκόψομεν γὰρ οὐδὲν ἀσάμενοι.

Non oportet malis animum dedere.

Nihil enim proficiemus, si mærore nos affecerimus.

Carmen simile illi Horatiano Od. 11. lib. 1.

Tu ne quæsieris scire nefas quem mihi, quem tibi.

Theocrit. Idyll. 28.

Τῆδε γὰρ πλόον εὐάνεμον αἰτεύμεθα παρ' Διὸς,

Ὄππως ξεῖνον ἐμὸν τέρψομ' ἰδὼν κἀντιφιλήσομαι.

Νικίαν χαρίτων ἱμεροφώνων ἱερὸν φυτὸν.

Eo enim nauigationem prosperam petimus à Ioue,

Vt hospitem meum oblectem videns & vicißim oblecter,

Niciam Gratiarum suauiloquentium sacram stirpem.

Alcæus.

Alcæus. Μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρεον ἀμπέλω.

Nullam aliam arborem prius feueris.

CARMEN PHALEVCIVM.

Theocr. Τὸν τοῦ Ζανὸς ὅδ' ὑμὶν υἱὸν ἀνὴρ,
Τὸν λεοντομάχαν τὸν ὀξύχειρα
Πρῶτος τῶν ἐπάνωθε μουσοποιῶν
Πείσανδρος ξυνέγραψεν ὡ'κ καμείρου
Χὤσσους ἐξεπόνασεν εἶπ' ἀέθλους.

Iouis iste vobis filium vir,
Eum qui cum leone pugnauit promptum manu,
Primus superiorum Poetarum,
Pisander conscripsit (oriundus) ex Camerio
Et quotquot laborando confecit, recensuit labores.

CARMEN SAPPHICVM.

Corinna. Χαῖρέ μοι Ῥώμα θυγάτηρ Ἄρηος
Χρυσεόμιτρε δαΐφρον ἄνασσα,
Σεμνὸν ἃ ναίεις ἐπὶ γᾶς ὄλυμπον
Αἰὲν ἄθραυστον.
Σοὶ μόνᾳ πρεσβίστα δέδωκε μοῖρα
Κῦδος ἀῤῥήκτω βασιλήϊον ἀρχᾶς
Ὄφρα κοιρανήϊον ἔχοισα κράτος
Ἀγεμονεύῃς.

Martis o proles mihi Roma salue
Auream bellis decorans coronam,
Quæ vel in terris stabiles Olympi
Incolis arces.
Hoc dedit soli tibi Parca munus
Sceptra quod gestas labefacta nunquam,
Imperatricis tua quo potestas
Cuncta gubernet.

ANNOTATIO.

Latini secundo loco carminis Sapphici ponunt spondeum, at Sappho inuentrix huius carminis non raro Trocheum, vt vides hic.

Ποικιλόθρον' ἀθάνατ' ἀφροδίτα
Παῖ διὸς δολοπλόκε λίσσομαί σε
Μή μ' ἄσαισι μηδ' ὀνίαισι δάμνα
Πότνια θυμόν.

Variegatas habens sedes & immortalis Venus, proles Iouis dolosa, rogo te ne me damnis neq; animum mœroribus, o veneranda, domes & conficias.

Quam aliquoties imitatus est Catullus, vt in carmine ad Furium & Aurelium.

Siue in Hircanos Arabesq; molles
Seu Sacas sagittiferosq; Parthos.

Et, *Pauca nunciate meæ puellæ*
Non bona dicta.

Et, *Otium Catulle tibi molestum est.*

Diuidit autem Sappho nonnunquam vltima verba Sapphici carminis.

Πύκνα δινέοντες ἀπ' ὠράν' αἴθε
ρος διὰ μέσσω.

Et, *Ομμάτεσσιν δ' οὐδὲν ὄρημι βομβεῦ*
σιν δ' ἀκοαί μοι.

Idem facit Cat. ad Furium.

Siue trans altas gradietur Alpes
Cæsaris visens monumenta magni
Gallicum Rhenum horribiles & vlti-
mosq; Britannos.

Et Horat. lib. 1. ode 2.

Ilia dum se nimium querenti
Iactat vltortm, vagus & sinistra
Labitur ripa Ioue non probante v-
xorius amnis.

Idem facit alibi quoque Horatius, vt ode 25 lib 1. & ode 16. lib. 2. Quod tamen vitiosum esse docet Hephæstion, reprehenditq; hoc distichon Simonidis.

ἦ μέγ' Ἀθηναίοισι φόως γένεθ' ἡνίκ' Ἀριστο-
γείτων Ἵππαρχον κτεῖνε καὶ Ἁρμόδιος.
Clarum tum lumen affulsit Atheniensibus,
Quando Aristogiton & Harmodius occiderunt Hipparchum.

Sed cum Sappho Horatius, Catullus, & alii præstantissimi Poetæ à nobis sint, non est multum curandus Hephæstion. Eadem Sappho adhibet nonnunquam quarto loco spondeum eiecto ex sede sua trocheo.

Τᾶς ἐμᾶς αὔδας αἴοις ἅς πολλάκι
ἔκλυες
Vocem meam audias quam sæpe audiebas

CARMEN.

Quale est illud Horatii lib. 1. Ode 4.

Soluitur acris hyems grata vice veris & Fauoni.

Theocrit. in Epigram.

Ἀρχίλοχον καὶ στᾶθι καὶ εἴσιδε τὸν πάλαι ποιητὰν,
Τὸν τῶν ἰάμβων οὗ τὸ μυρίον κλέος.
Διῆλθε κἠπὶ νύκτα καὶ πρὸς ἀῶ.
Consiste & Archilochum aspice veterem Poetam
Iambographum cuius celeberrima fama
Permanauit & ad occidentem, & ad orientem.

CARMEN PHERECRATIVM.

CONSTAT tribus pedibus, spondeo, dactylo, spondeo, dignumque est in quo Tirones sese exerceant, donec maius opus moueant.

Laert. Pherecyd.
Τὸν κλεινὸν Φερεκύδην
Ὃν τίκτει ποτὲ Σύρος
Ἐς Φθεῖρας λόγος ἐστίν.
Insignis Pherecydes.

Syrus quem parit olim
Turpes in pedicillos, &c.

ANNOTATIO.

Monendi sunt adolescentes, Græcos Poetas æque ac Latinos variis modis genera carminum coniungere. Non enim pentametrum duntaxat subiiciunt hexametro, vt fit in elegiis, sed & Iambica dimetra, vel trimetra, vel Anacreontea, vel Pherecratia, vel Glyconica, & ipsis Iambicis senariis modo dimetrum Iambicum, modo Anacreonteum copulant; ita vt vix vllam diuersorum carminum apud Latinos, Horatium & Boethium, & apud recentiores nonnullos coniunctionem reperias, quam non itidem Græca Musa imitari, & quidem eleganter possit, & vt vnico exemplo rem declaremus, ecce tibi *συνδυασμὸν*, Horat. lib. 1. Epod. od. 11.

Petti, nihil me sicut antea iuuat
Scribere versiculos amore perculsum graui. quomodo Laertius expresserit Epigram. in Stilponem.

Τὸν μεγαρέα τὸν στίλπωνα γινώσκεις δ' ἴσως
Γῆρας ἔπειτα νόσος καθεῖλε δύσμαχον ζυγὸν,
Ἀλλ' οἶνον εὗρε τῆς κακῆς συνωρείδος
Φέρτερον ἡνίοχον. πιὼν γὰρ ἤλασε.

Megarensem Stilponem nosti fortassis, quem cum cœpit senectutis triste iugum, vinum inuenit malæ bigæ meliorem aurigam, bibens enim exhalauit.

CAPVT XXXI.

DE SPECIEBVS METAPLASMI.

Pedibus metimur versus, quibus metiendis non parum prodest syllabæ communis, necessitatis metricæ, licentiæ poeticæ, figurarumq; seu specierum metaplasmi cognitio: de prioribus iam supra diximus, quamuis hic cum de metaplasmis agemus, licentiæ poeticæ iterum facienda sit mentio

mentio, cum metaplaſmi magna ſint huius licentiæ pars. Adferemus autem illas tantum metaplaſmi ſpecies quas habet in ſua Proſodia noſter Emmanuel, quippe magis tritas & obuias. Quid autem ſit metaplaſmus præterimus tanquam aliunde notum.

EPISYNALOEPHE.

EST ſyllaba vna ex duabus facta, quod fit, cum duæ vocales in vnam contrahuntur. ε & α. Iliad. 2.

Τιμήσῃς, ὀλέσῃς δὲ πολέας ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν.

Cum multos Græcorum in nauibus perdideris. ε & ω. Iliad. 1.

Μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω Ἀχιλῆος.

Iram cane Dea Achillis Pelidæ.

QVÆ contractio valde frequens eſt in genitiuo plurali Ionico ſecundæ ſimplicium, μουσέων, πυλέων, τιμέων, &c.

Sic Iliad. 1. Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, *cum aureo ſceptro.*

EADEM eſt ratio aliarum breuium cum altera longa vel ancipiti vel diphthongo, vt Theognis.

Θεοὶ δὲ κατὰ σφέτερον πάντα τελοῦσι νόον.

Dii vero ſecundum ſuam voluntatem omnia faciunt.

Iliad. 10.

Ἕως ὁ ταῦτ᾽ ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν,

Dum hæc animo & mente volutaret.

CONTRAHVNTVR etiam duæ longæ η & ου Iliad. 5.

ἢ οὐχ ἅλις ὅττι γυναῖκας ἀνάλκιδας ἠπεροπεύεις.

An

An non tibi satis est, quod mulieres imbelles fallis.

Et Iliad. 9.

Ηλάθετ' ἢ οὐκ ἐνόησεν ἀάσατο δὲ μέγα θυμῷ.

Siue oblitus est, siue non aduertit, nocuit vero multum animo.

Vbi ait Eustachius esse ζονίζησιν duarum longarum in vnam longam.

SYNERÆSIS ET CRASIS.

Differunt proprie loquendo. Nam synæresis est, cum vtraque vocalis in contractione retinetur, τείχεϊ, τείχει. Manent enim ε & ι post contractionem, quamuis in vnam syllabam conuenerint. Crasis est cum vel vna vel vtraque vocalis non retinetur facta contractione: τείχεος, τείχους, βόαε, βόα, in neutro exemplo manet ε sic ὤνθρωπος pro ὁ ἄνθρωπος, neque υ neque α manet: Hoc tamen discrimen non obseruatur adeo religiose, vt duo hæc nomina non vsurpare liceat pro contractione qualiscunque tandem illa sit.

Fit autem synæresis variis modis, vt ex multis locis libri primi manifestum est, maxime ex declinationibus contractis & coniugationib. circumflexis, & quamuis Poetæ in huiusmodi crasibus valde sint liberi, non reperies tamen liberiores Doribus, quibus peculiares quædam contractiones familiarissimæ sunt, contractiones inquã non vnius & eiusdẽ tm̃ vocabuli in pauciores syllabas, sed duarũ dictionũ in vnã, vt passim apud

Theo.

Theocritum; κὤχετο, pro καὶ οἴχετο, κἠμέ pro καὶ ἐμέ. κἦν pro καὶ ἐδ. ὤνθρωπε pro ὦ ἄνθρωπε. κὠμὸς pro καὶ ἐμός. κἠν pro καὶ ἐν. χἠ pro καὶ ἡ, τἀλαθέα pro τὰ ἀλαθέα. ἅτερος pro ὁ ἕτερος. κἠξ pro καὶ ἐξ. τὠστέα pro τὰ ὀστέα; *ossa*.

Differt ſynæreſis ab Epiſynalœphe, quia in hac vtraque vocalis ſcribitur & exprimitur, & tantum in carminis dimenſione loco vnius ſyllabæ habetur, ſicut etiam in latinis illis, *Alueariа, Arietibus, &c.* At in craſi coniunguntur in vnam ſyllabam duæ vocales, & coniunctim etiam ſcribuntur.

APOSTROPHVS.

De Apoſtropho ſatis multa diximus lib. 1. cap 1. quibus addimus ſequentia.

I. POETÆ plane arbitratu ſuo vtuntur Apoſtropho, prout carminis ratio exigit, neque vllam breuem vocalem elidunt, ſi illa ad explendum verſum indigeant. Iliad. 3.

Ὦ γύναι ἦ μάλα τοῦτο ἔπος νημερτὲς ἔειπες.
O mulier, maxime hoc verbum dixiſti verum.

Od. 1. τέκνον ἐμὸν ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων;
Filia mea, quale tibi verbum excidit?

Ibid. Ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεψον.
Sed age dic mihi hoc & vere enumera.

II. Non tantum ante vocales & diphthongos, ſed etiam ante conſonantes ſæpe abiiciunt poetæ per apoſtrophum vocales. Theocrit. Idyl. 15.

Παρ' μὲν οἱ ὥρια κεῖται ὅσα δρυὸς ἄκρα φέροντι.

παρ δ' ἀπαλοὶ κᾶποι. pro παρὰ.

Adsunt ei fructus quotquot intempestiuè ferunt arbores, adsunt & molles hortuli. sic ἀρ pro ἄρα, κατ' pro κατά. De hac re diximus etiam in Grammatica, cùm de incremento imperfecti ageremus.

III. Aliqvando eliditur prima vocalis sequentis dictionis, ὦ 'γαθέ, *o bone*, Theocrit. Idyll. ἁ 'ρετὴ, *virtus*, pro ἡ ἀρετὴ, apud Eurip. Et apud eundem in Phœnissis, μὴ 'πιλαμβάνου, pro μὴ ἐπιλαμβάνου. ὦ 'ναξ, pro ὦ ἄναξ, *Rex*. Et apud Aristoph. in Equit.

οὐκ ἀξιῶ 'γὼ μαυτὸν ἰσχύειν μέγα.

Non me dignum puto qui potens sim.

ANNOTATIO.

Diximus in Grammatica hæc potius referenda videri ad aphæresin, quia tamen signo Apostrophi notari solent, & ab aliis ad apostrophum referuntur, nos etiam eò referamus.

IV. In huiusmodi apostropho sæpè longa fit syllaba, quæ alioquin sine apostropho breuis esset, ὦ 'ριφος pro ὁ ἔριφος, *hœdus*. Idyll. 5. & Idyll. 1.

Τῆνον χ' ὢ 'κ δρυμοῖο λέων ἀνέκλαυσε θανόντα, pro τῆνον καὶ ὁ ἐκ δρυμοῖο.

Illum & in sylua leo defleuit mortuum.

Ibid. ὢ 'πόλοι ἦνθον, pro οἱ αἰπόλοι ἦνθον, *venerunt caprarii.*

V. Aliqvando producitur sequens vocabulum propter præcedentem apostrophum. Theoc. ibid.

Τὰν

Τὰν δ' ἄρα χ' ὡ Δάφνις ποταμείψατο.

Huic autem & Daphnis respondit.

Pro καὶ Δάφνις sic ibidem.

Ὡραῖος χ' ὤδωνις, pro καὶ ὁ Ἄδωνις, *formosus Adonis.*

χ' ὡνὴρ ὀξὺς ἄγαν. Idyll. 15. *vir est iracundus & totus acetum.*

VI. Abiiciuntur autem ex sequenti dictione vocales, licet positione longæ: ὤνθρωπος, ὤνθρωπε. pro ὁ ἄνθρωπος, ὦ ἄνθρωπε, aliquoties apud Theocritum, cuius vt & aliorum Poetarum apostrophos diligenter obseruabit studiosus adolescens. Vsui enim magno erunt pangenti carmina.

VII. Apostrophus non tantum in eodem carmine, sed etiam in diuersis locum habet, sicut apud Latinos synalœphe, quam ad rem multi adferunt versus illos Homericos. Iliad. θ.

Τρῶας ἀπώσασθαι καὶ ἐρυκέμεν εὐρύοπα Ζῆν'
Αὐτοῦ κ' ἔνθ' ἀκάχοιτο.

Troianos repellere, & coercere latioculum Iouem,
Illic tunc tristaretur.

Et Iliad. ξ.

Ἦ φῂς ὡς Τρώεσσιν ἀρηξέμεν εὐρύοπα Ζῆν'
Ὡς Ἡρακλῆος περιχώσατο;

An putas ita Troianis auxiliari latè videntem Iouem, sicut iratus est propter Herculem?

Et Iliad. ω.

Παῖδες καὶ γαμβροί, τὼ δ' οὐ λάθεν εὐρύοπα Ζῆν'
Ἐς πεδίον προφανέντε.

Filii & generi (domum redierunt) illi vero non latuerunt Iouem late videntem, in campo conspicui.

In his tribus locis eliditur alpha ex accusatiuo ζλῶα, propter vocalem sequentis versus.

ECTHLIPSIS.

Ecthlipsis apud Latinos est, cum μ littera simul cum vocali eliditur propter sequentem vocalem: hac Græci carent, nisi forte ecthlipsin nominare velimus elisionem litterę σ in versu quodam Arati, & quarundam aliarum liquidarum, de quibus capite 3. diximus. Sed huiusmodi elisiones Græcis perquam raræ sunt paucique vsus.

Qvidam Ecthlipsin vocant, cum è medio dictionis litera aufertur, quæ syllabam non constituit, vt σκῆπlον pro σκῆπlρον.

DIÆRESIS SIVE DIALYSIS.

Est cum syllaba vna in duas diuiditur, quales syllabarum solutiones in omni dictionum genere Græcis sunt vsitatissimæ, vt ἦγον ab ἄγω, ἔαγον, ἐάγlω; ἦγα, ἔαγα, ἐαγὼς. ἥλων, ἑάλων, παῖς πάϊς, οἴζωνος, ἐΰζωνος, & similia infinita, tam in nominibus, quam in verbis, aliisque nonnullis orationis partibus. Neque opus est in re clara & passim obuia.

SYSTOLE.

Est cum syllaba natura longa, aut etiam positione, altera consonante extrita, corripitur. De syllaba natura longa attulimus quædam

dam exempla, cap.4. Nunc vnum ex Iliad.2. suffecerit.

ἴομεν, ὄφρα κε θᾶσσον ἐγείρομεν ὀξὺν ἄρηα pro ἴωμεν.

Eamus vt propius excitemus acrem Martem.

De longa positione exemplum hoc esto.

ἔρεζον, ἔρεξα, κατέριξα, pro ἔῤῥεζον, ἔῤῥεξα, κατέῤῥεξα. Iliad.21.

Τίς νύ σε τοιάδ' ἔρεξε φίλον, τέκος οὐρανιώνων;

Quis tibi chara proles cœlitum talia fecit?

Odyss.23. κακῶς δ' οἵπερ μιν ἔρεζον μνηστῆρες,

Mali fecerunt illi proci. Et Iliad.1.

Μῆνιν ἄειδε Θεὰ πηληϊάδεω Ἀχιλῆος pro Ἀχιλλῆος,

Cane Dea iram Achillis.

Ταχέα, ἀδέα, pro ταχεῖα, ἀδεῖα, apud Theocr. & alios.

ECTASIS SIVE DIASTOLE.

Est cum syllaba natura breuis producitur, cuiusmodi aliquot exempla commemorauimus cap.29. Iliad.24.

ἔνθορε μείλανι πόντῳ, pro μέλανι.

Insiluit in nigrum mare. Iliad.12.

Τρῶες δ' ἐῤῥίγησαν, ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν.

Troiani obriguerunt, vt viderunt serpentem variegatum.

Et hos versus breuem in fine habentes vocant quidam λαγαρούς, sicut & illos ἀκεφάλους, qui initio breui constant, qualis est ille, Iliad.23.

Ἐπειδὴ νῆώς τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο.

Postquam ad naues & Hellespontum venerunt.

AVT cùm eadem consonans geminatur, ἐτέλεσσα ἐγέλασσα, ἔφρασσα φρασσάμενος, & in aliis multis, de quibus sæpè in hoc toto opere meminimus.

PROTHESIS.

EST litera vel syllaba principio dictionis addita; λελαθὼν, pro λαθὼν. λέλαθον, λελαθόμην, pro ἔλαθον, ἐλαθόμην, à λανθάνω, *lateo.* τεταγὼν, pro ταγὼν, à τάξω, *apprehendo, accipio.* σμικρὸς, *paruus*, μικρὸς. ὤλα, *perii*, ὄλωλα, ὦπα, *vidi*, ὄπωπα, & sic in aliis quàm plurimis, de quibus passim in Grammatica.

EPENTHESIS.

EST cum medio dictionis litera aut syllaba interiicitur, κεινὸς, *vacuus* νοῦσος, *morbus*. pro ὁ κενὸς, ἡ νόσος. ἔλλαβε, pro ἔλαβε. ὁππότερος, pro ὁπότερος, *vter.* ἀντιῶν, *occurrens.* ἀντιῶπα, ἀντιόων, ἀντιόωπα. μνωσμων, pro μνωσῶν, & ita in aliis.

PARAGOGE.

EST cùm extremæ syllabæ aliquid adiungitur, ἔφησθα εἴπησθα, pro ἔφης, εἴπῃς, *dicebas, dixeris.* sic ἦσθα pro ἦς, *eras.* τύπτεσκε, pro ἔτυπτε; *verberabat.* spectant etiam illa ad paragogen βίηφι, παλάμηφι, στρατόφι, & similia, de quibus in Grammatica.

APHÆRESIS.

EST cum litera vel syllaba principio dictionis subtrahitur, ὀρτὴ pro ἑορτὴ *festum. feria.* αἶα pro γαῖα, *terra.* κεῖνος pro ἐκεῖνος, *ille.* λάβον pro ἔλαβον, *accepi.*

SYN-

SYNCOPE.

SYNCOPE literam vel ſyllabam è medio dictionis ſubtrahit. εὑρέμην, pro εὑρησάμην, *inueni.* ἐγένατο, ἐγεννήσατο, *natus eſt, genuit.* κέρατος, κέραος, κέρως, *cornu,* & id genus alia vbique obuia.

APOCOPE.

APOCOPE fini dictionis aliquid detrahit, δῶ, pro δῶμα, *domus.* ποσειδῶ, pro ποσειδῶνα, *Neptunum,* ἱδρῶ, pro ἱδρῶτι, *ſudori,* αἶα ſeu αἶαν, pro Αἴαντος, *Aiax.*

DIFFERT Apocope ab Apoſtropho, quod in illa vocales & conſonantes & integræ ſyllabæ, & in hac tantùm vocales, & diphthongi, & quidem non omnes tollantur; præterea apoſtrophus certo quodam notatur ſigno, apocope nequaquam.

ANTITHESIS.

ANTITHESIS (nonnulli ἀντίστοιχον vocant) eſt literæ commutatio, πόρσω pro πόῤῥω, *procul.* θάλαττα, *mare,* pro θάλασσα. & id genus non pauca.

METATHESIS.

EST literarum ordo immutatus, ἔρξω, *faciam,* pro ῥέξω. ἔπραθον, pro ἔπαρθον, à πέρθω, *vaſto,* ἔδρακον, à δέρκω, *video.* καρτερὸς, pro κρατερὸς, *fortis.* κάρτος, pro κράτος, *robur.*

CAPVT XXXII.

DE PATRONYMICIS.

PATRONYMICA fere Poetarum propria sunt, de quibus, cum in Grammatica nihil diximus, hic vbi prima poeseos Græcæ rudimenta tradimus, aliquid dicendum videtur.

Patronymica aut masculina sunt, aut fœminina.

Masculina desinunt in δης vel ων, πριαμίδης, *Priamides*. Αἰακίδης, *Æacides*. πηλείων, *Pelion*.

Fœminina exeunt in ας, ις & νη. ἰλιὰς, ἀτλαντιὰς, κυωδαεὶς, ἀδραςίνη, ἀκρισιώνη, ἰκαριώνη.

Masculina in δης, formantur partim à genitiuo, si primitiua sint tertiæ simplicium, πρίαμος, πριάμου, πριαμίδης, Αἰακὸς, αἰάκου, αἰακίδης. partim vero à datiuo, si primitiuum sit quintæ declinationis. Νέςωρ, Νέςορι, Νεςορίδης. Ἀμφιτρύων, ἀμφιτρύωνος, ἀμφιτρύωνι, ἀμφιτρυωνίδης. & epenthesi, Ἀμφιτρυωνιάδης, quæ epenthesis etiam in aliis vsitata est, vt τελαμωνιάδης, λαομεδοντιάδης. πηλεὺς, πελέι, πηλεί, ης, & crasi πηλείδης. Et Ionica dialysi, πηληίδης, & interposito α, πηληϊάδης. Partim formantur à Recto nominum simplicium, ὁ αἰναίας, ὁ αἰνείδης, ablato α, Ionica dialysi, αἰνηίδης, ὁ λαέρτης, λαερτιάδης, interposito α, ὁ ἱππότης, ἱπποτάδης, ης mutato in αδης.

Illa in ων, vt πηλείων, κρονίων, sunt Ionica, & formari possunt ab illis in ειδης, Ἀτρείδης, Ἀτρείων, vel absolute ex suis primogeniis, vt ex κρόνος,

κρα-

κρονίων, ἰαπετὸς, ἰαπετίων.

Sicut autem apud Latinos Iapetionides longius à norma recessit, sic & apud Græcos.

ANNOTATIO.

Aliqui addunt patronymica in ιος, vt τελαμώνιος, Αἴας, sed ipsa forma & appositio ad substantiuum satis indicant, talia esse adiectiua, non patronymica.

Fœminina in ις & ας, fiunt à masculinis in ιδης, extrita syllaba δη, πριαμίδης, πριαμὶς. τυνδαρίδης, τυνδαρὶς. Ατλαντιάδης, Ατλαντιάς, ἰλιάδης, ἰλιάς.

Illa vero Αἰνηίς, Αχιλληίς, à masculinis Ionicis in ηίδης, ablata syllaba δη, Αχιλληίδης, Αἰνηίδης, pro Αχιλλείδης, Αἰνείδης.

Fœminina in ινη deducuntur à genitiuo, ἄδραστος, ἀδράστου, ἀδραστίνη, sic ἀκρίσιος, ἀκρισίου, ἀκρισιώνη.

Sunt autem multa alia fœminina, quæ formam quidem patronymicorum habent, re autem vera gentilia sunt, aut pro possessiuis adiectiuisque nominibus ponuntur, de quibus omnibus Emmanuel, quem etiam adibis, si plura de patronymicis cupis. Nam regulæ Latinorum de his nominibus fere sunt communes Græcis.

CAPVT XXXIII.

DE NOTIS ARITHMETICIS GRÆCORVM.

Loco notarum Arithmeticarum vtuntur Græci literis tripliciter. Primo singulis Alphabeti literis secundum ordinem sui loci numerum significantibus

bus, quopacto α numerum primum β, secundum, γ tertium, & ω vigesimum quartum significat. Hac numerandi ratione distincti sunt viginti quatuor libri Iliadis, & totidem Odisseę Homericę. Hinc Iliad. κ, decimum; Iliad ψ, vigesimum tertium Homeri librum denotat. Et hunc numerandi modum adhibuerunt alii quoque Gręcorum in distributione suorum librorum.

Secundo vtuntur Gręci toto Alphabeto in tres classes diuiso, quarum prima est vnitatum ab α vsque ad iota, exclusiuè, hoc tamen charactere ς, vel, vt alii volunt, ↄ posito inter ε & ζ pro numero senario. Altera classis est denariorum à κάππα vsque ad ρ, hoc tamen signo ↄ vel ς inter π & ρ pro numero nonagenario collocato. Tertia classis est centenariorum à ρ vsque ad finem alphabeti, hac tamen nota π, vel vt aliis placet, hac ϡ, pro numero nongentesimo addita. Et his tribus classibus continentur vnitates, decuriæ, centuriæ, vsque ad chiliadas, quæ & ipsæ iisdem scribuntur numeris, nisi quod illæ non amplius notantur acuto accentu in dextri lateris superiore parte, ά, β́, γ́, δ́, έ, ς́, ζ́, 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, sed in inferiore sinistri hoc modo. ͵α, ͵β, ͵γ, ͵δ, ͵ε, ͵ς, ͵ζ, ͵η, ͵θ, ͵ι, ͵κ, ͵λ, ͵μ, ͵ν, ͵ξ, ͵ο, ͵π, ͵ↄ, ͵ρ, ͵σ, ͵τ, ͵υ, ͵φ, ͵χ, ͵ψ, ͵ω, ͵π. 1000. 2000. 3000. 4000 5000. 6000. 7000. 8000. 9000. 10000. 20000. 30000. 40000. 50000. 60000. 70000. 80000. 90000. 100000. 200000. 300000. 400000. 500000. 600000. 700000. 800000. 900000. Est autem obseruandum multos esse, qui α, β, γ, & reliquas literas cum vnitates, decurias, & centurias significant, nullo accen-

accentu notent, ſed ſolas nudaſque ponant, cum autem chiliadum notæ ſunt, iota ſingulis ſubſcribant. Itaque ᾳ ſecundum iſtos, millenarii numeri ſignum eſt, β bis millenarii, & ita deinceps, alii tamen acutum tonum eo, quo dictum eſt, modo, notis illis appingunt, quos ſatius eſt ſequi. Et hæc de literis minuſculis, quas Græci adhibent pro numeris.

MAIVSCVLARVM aliæ ſunt ſimplices, aliæ duplices, ſeu alias in ſeſe incluſas habentes. Simplices ſunt ſex. I, Π, Δ, H, X, M, quarum prima eſt nota vnitatis. Secunda quinarium numerum ſignificat. Tertia denarium. Quarta centenarium. Quinta millenarium. Sexta decies millenarium. Eſt autem vnaquæque eius numeri quem denotat, litera initialis. Π, nimirum τῆς πεντάδος: Δ τῆς δεκάδος, X τῆς χιλιάδος, M τῆς μυριάδος, exceptis I & H, quarum illa ſignum eſt μονάδος, hæc ἑκατοντάδος, omnes etiam præter Π vſque ad quinarium numerum ſiue per ſe, ſiue aliis adiuncta multiplicantur, vt, I, II, III, IIII, 1, 2, 3, 4. Δ, ΔΔ, ΔΔΔ, ΔΔΔΔ. 10, 20, 30, 40. H, HH, HHH, HHHH. 100, 200 300, 400. X, XX, XXX, XXXX. 1000, 2000, 3000, 4000. M, MM, MMM, MMMM. 10000, 20000, 30000, 40000.

DVPLEX & quæ alias incluſas in ſe habet, eſt vnica litera Π, ea interdum in ſe habet Δ, interdum X, interdum H, interdum etiam M, denotatque numerum cuius litera incluſa nota eſt, quinquies auctum & multiplicatum, |Δ| ſignificat quinquaginta, |H| quingenta, |X| quinque millia, |M| quinque myriadas. Vtuntur autem Latini quoque maiuſculis literis

literis ad numeros designandos, his videlicet septem, I, V, X, L, C, D, M, prima vnitatem significat: secunda, numerum quinarium: tertia, denarium: quarta, quinquagenarium: quinta, centenarium: sexta quingenarium: septima, millenarium, sed hæc omnia sequens tabula numerorum seriem continens, numeris Latinis ex altera parte respondentibus, clarius fortaßis ob oculos ponet.

I. α΄, ἕν.	*I, 1, vnum.*
II, β΄, δύο.	*II, 2, duo.*
III, γ΄, τρία.	*III, 3, tria.*
IIII, δ΄, τέσσαρα.	*IV, 4, quatuor.*
Π, ε΄, πέντε.	*V, 5, quinque.*
ΠI, ϛ΄, ἕξ.	*VI, 6, sex.*
ΠII, ζ΄, ἑπτά.	*VII, 7, septem.*
ΠIII, η΄, ὀκτώ.	*VIII, 8, octo.*
ΠIIII, θ΄, ἐννέα.	*IX, 9, nouem.*
Δ, ι΄, δέκα.	*X, 10, decem.*
ΔI, ια΄, ἕνδεκα.	*XI, 11, vndecim.*
ΔII, ιβ΄, δώδεκα.	*XII, 12, duodecim.*
ΔIII, ιγ΄, τρισκαίδεκα.	*XIII, 13, tredecim.*
ΔIIII, ιδ΄, τεσσαρακαίδεκα	*XIV, 14, quatuordecim.*
ΔΠ, ιε΄, πεντεκαίδεκα.	*XV, 15, quindecim.*
ΔΠI, ιϛ΄, ἑκκαίδεκα.	*XVI, 16, sedecim.*
ΔΠII, ιζ΄, ἑπτακαίδεκα.	*XVII, 17, septendecim.*
ΔΠIII, ιη΄, ὀκτωκαίδεκα.	*XVIII, 18, octodecim.*
ΔΠIIII, ιθ΄, ἐννεακαίδεκα	*XIX, 19, nouendecim.*
ΔΔ, κ΄, εἴκοσι.	*XX, 20, viginti.*
ΔΔI, κα΄, εἰκοσιέν.	*XXI, 21, viginti vnum.*
ΔΔII, κβ΄, εἰκοσιδύο.	*XXII, 22, viginti duo.*

ΔΔIII.

ΔΔIII, κγ, εἰκοσιτρία.	*XXIII, 23. vigintitria.*
ΔΔIIII, κδ, εἰκοσιτέσσαρα.	*XXIV, 24 vigintiquatuor.*
ΔΔΠ, κέ, εἰκοσιπέντε.	*XXV, 25. vigintiquinque.*
ΔΔΠI, κϛ, εἰκοσιέξ.	*XXVI, 26 vigintisex.*
ΔΔΠII, κζ, εἰκοσιεπτά.	*XXVII, 27, vigintiseptem.*
ΔΔΠIII, κή, εἰκοσιοκτώ.	*XXVIII, 28, vigintiocto.*
ΔΔΠIIII, κθ, εἰκοσιεννέα.	*XXIX, 29, vigintinouem.*
ΔΔΔ, λ, τριάκοντα.	*XXX, 30, triginta.*
ΔΔΔI. λά.	*XXXI. 31.*
ΔΔΔII, λβ,	*XXXII. 32.*
ΔΔΔIII, λγ.	*XXXIII, 33.*
ΔΔΔIIII. λδ.	*XXXIV, 34.*
ΔΔΔΠ, λέ.	*XXXV, 35.*
ΔΔΔΠI, λϛ.	*XXXVI, 36.*
ΔΔΔΠII. λζ.	*XXXVII, 37.*
ΔΔΔΠIII, λή.	*XXXVIII, 38.*
ΔΔΔΠIIII, λθ.	*XXXIX, 39.*
ΔΔΔΔ, μ.	*XL, 40.*
ΔΔΔΔI, μά.	*XLI, 41.*
ΔΔΔΔII, μβ.	*XLII, 42.*
ΔΔΔΔIII, μγ.	*XLIII, 43.*
ΔΔΔΔIIII, μδ.	*XLIV, 44.*
ΔΔΔΔΠ. μέ.	*XLV, 45.*
ΔΔΔΔΠI, μϛ.	*XLVI, 46.*
ΔΔΔΔΠII. μζ.	*XLVII, 47.*
ΔΔΔΔΠIII. μή.	*XLVIII, 48.*
ΔΔΔΔΠIIII, μθ.	*XLIX, 49.*
[Δ], ν, πεντήκοντα.	*L, 50.*
[Δ], I, νά.	*LI, 51.*

[Δ]II

[Δ]II, νβ'.	LII. 52.
[Δ]III, νγ'.	LIII. 53.
[Δ]IIII, νδ'.	LIV, 54.
[Δ]Π, νέ.	LV, 55.
[Δ]ΠΙ, νϛ'.	LVI. 56.
[Δ]ΠΙΙ, νζ'.	LVII. 57.
[Δ]ΠΙΙΙ, νή.	LVIII. 58.
[Δ]ΠΙΙΙΙ, νθ'.	LIX, 59.
[Δ]Δ, ξ', ἑξήκοντα.	LX, 60. *sexaginta.*
[Δ]ΔΙ, ξά.	LXI, 61.
[Δ]ΔΙΙ, ξβ'.	LXII, 62.
[Δ]ΔΙΙΙ, ξγ'.	LXIII, 63.
[Δ]ΔΙΙΙΙ, ξδ'.	LXIV, 64.
[Δ]ΔΠ, ξέ.	LXV, 65.
[Δ]ΔΠΙ, ξϛ'.	LXVI, 66.
[Δ]ΔΠΙΙ, ξζ'.	LXVII, 67.
[Δ]ΔΠΙΙΙ, ξή.	LXVIII, 68.
[Δ]ΔΠΙΙΙΙ, ξθ'.	LXIX. 69.
[Δ]ΔΔ, ό, ἑβδομήκοντα.	LXX, 70. *septuaginta.*
[Δ]ΔΔΙ, οά.	LXXI, 71.
[Δ]ΔΔΙΙ οβ'.	LXXII, 72.
[Δ]ΔΔΙΙΙ, ογ'.	LXXIII, 73.
[Δ]ΔΔΙΙΙΙ, οδ'.	LXXIV, 74.
[Δ]ΔΔΠ, οέ.	LXXV, 75.
[Δ]ΔΔΠΙ, οϛ'.	LXXVI, 76.
[Δ]ΔΔΠΙΙ, οζ'.	LXXVII, 77.
[Δ]ΔΔΠΙΙΙ, οή.	LXXVIII, 78.
[Δ]ΔΔΠΙΙΙΙ, οθ'.	LXXIX, 79.
[Δ]ΔΔΔ, π', ὀγδοήκοντα.	LXXX, 80. *octoginta.*
[Δ]ΔΔΔΙ, πά.	LXXXI, 81.
[Δ]ΔΔΔΙΙ, πβ'.	LXXXII, 82.

[Δ]ΔΔΔΙΙΙ.

[Δ]ΔΔΔΠΙ, πγ'.	*LXXXIII, 83.*
[Δ]ΔΔΔΠΙΙ, πδ'.	*LXXXIV, 84.*
[Δ]ΔΔΔΠ, πέ.	*LXXXV, 85.*
[Δ]ΔΔΔΠΙ, πς'.	*LXXXVI, 86.*
[Δ]ΔΔΔΠΙΙ, πζ'.	*LXXXVII, 87.*
[Δ]ΔΔΔΠΙΙΙ, πή.	*LXXXVIII, 88.*
[Δ]ΔΔΔΠΙΙΙΙ, πθ'.	*LXXXIX, 89.*
[Δ]ΔΔΔΔ. ϟ', vel ς', ἐννενήκοντα.	XC, *90, nonaginta.*
[Δ]ΔΔΔΔΙ, ςά.	*XCI, 91,*
[Δ]ΔΔΔΔΙΙ, ςβ'.	*XCII, 92.*
[Δ]ΔΔΔΔΙΙΙ, ςγ'.	*XCIII, 93.*
[Δ]ΔΔΔΔΙΙΙΙ, ςδ'.	*XCIV, 94.*
[Δ]ΔΔΔΔΠ, ςέ.	*XCV, 95.*
[Δ]ΔΔΔΔΠΙ, ςς'.	*XCVI, 96.*
[Δ]ΔΔΔΔΠΙΙ, ςζ'.	*XCVII. 97.*
[Δ]ΔΔΔΔΠΙΙΙ, ςή.	*VCVIII, 98.*
[Δ]ΔΔΔΔΠΙΙΙΙ, ςθ'.	*XCIX, 99.*
Η, ρ', ἑκατόν.	C, *100, centum.*
ΗΗ, σ, διακόσια.	CC. *vel* ∽) *200, ducenta.*
ΗΗΗ, τ', τριακόσια.	CCC, *300, trecenta.*
ΗΗΗΗ, ύ, τετρακόσια.	CCCC, *400, quadringenta.*
[Η] φ', πεντακόσια.	D, *vel* Iↄ,) *500, quingenta.*
[Η] Η, χ', ἑξακόσια.	DC, *60, sexcenta.*
[Η] ΗΗ, ψ', ἑπτακόσια.	DCC, *700, septingenta.*
[Η] ΗΗΗ, ώ, ὀκτακόσια.	DCCC, *800. octingenta.*
[Η] ΗΗΗΗ, ϡ', ἐννεακόσια.	DCCCC, *900, nongenta.*
Χ, α, χίλια, *mille.*	M, *1000.*

XX, ͵β διχίλια, *duo millia.* $\overline{II}$, *2000.*

XXX, ͵γ, τρισχίλια, *tria millia.* $\overline{III}$. *3000.*

XXXX, ͵δ, τετρακισχίλια. *quatuor millia.* $\overline{IV}$, *4000.*

[X], ͵ε, πεντακισχίλια, *quinque millia.* $\overline{V}$, *5000.*

[X]X, ͵ϛ, ἑξακισχίλια, *sex millia.* $\overline{VI}$, *6000.*

[X]XX, ͵ζ, ἑπτακισχίλια, *septem millia.* $\overline{VII}$, *7000.*

[X]XXX, ͵η, ὀκτακισχίλια, *octo millia.* $\overline{VIII}$, *8000.*

[X]XXXX, ͵θ, ἐννεακισχίλια, *nouem millia.* $\overline{VIIII}$, *9000.*

M, ͵κ, μύρια, *decem millia.* $\overline{X}$, *10000.*

Si quis vlterius progredi velit in numeris, facile ex dictis intelliget, quo pacto colligendi & componendi sint, quemadmodum etiam tunc, cum quis annos Christi designare volet, vt hunc præsentem 1593. denotare enim illum licebit maiusculis X, [H], [Δ], ΔΔΔΔIII, *& minusculis* α͵, φ΄, λ͵, γ͵,

CAPVT

CAPVT XXXIV.

DE MENSIBVS GRÆCORVM.

DVODECIM habebant Attici menſes, vt & Romani, hoc tamen diſcrimine, quod menſes illorum eſſent lunares, horum ſolares. Quare omnino cum Latinis non conueniunt, & vt maxime conuenirent, non ſatis tamen exploratum eſt, qui Græci quibus Latinis menſibus reſponderint, aut etiamnum reſpondeant, de quo variæ extant eruditorum ſententiæ; vulgo ita ordinari, & Latinis menſibus opponi ſolent.

ἑκατομβαιών, Iunius, dictus ab Hecatombis ſacrificiis, primus anni menſis, inchoabant enim Attici annum ab æſtiuo ſolſtitio, quod in Iunium incidit.

Μεταγειτνιών, Iulius, à Metagitniis Apollinis ſacris.

Βοηδρομιών, Auguſtus, à Boedromiis ſacris.

Μαιμακτηριών, September, à Mæmacta, quod turbidum aerem ſignificat.

Πυανεψιών, October, ſic dictus à feſto, quod agitabatur frugibus terræ iam collectis, & conditis. Vide Plutarchum in Theſeo.

Ἀνθεστηριών, Nouember, dictus quod ἀνθέων

συρεῖ τὴν γῆν, quod terram floribus ſpoliet.

Ποσιδεὼν, id eſt, Neptunius, December.

Γαμηλιὼν, Ianuarius à Iunone, quæ præeſt nuptiis.

Ἐλαφηβολιὼν, Februarius à venatione ceruorum.

Μουνυχιὼν, Martius, à Munichiis Dianæ ſacris.

Θαργηλιὼν, Aprilis à Thargeliis feſto die, quo primitiæ frugum Diis offerebantur.

Σκιρροφοριὼν, Maius à ſacris vmbraculis.

VTVNTVR etiam Græci nominibus menſium Latinorum. Ἰανουάριος, Φεβρουάριος, Μάρτιος, Ἀπρίλιος, Μάιος, Ἰούνιος, Ἰούλιος, Αὔγουστος, Σεπτέμβριος, Ὀκτώβριος, Νοέμβριος, Δεκέμβριος.

DIVIDVNT autem Græci menſes ſuos in tres Decades ſeu Decurias. Primam vocant μηνὸς ἱσταμένου ſeu ἀρχομένου, (quaſi menſis ſtantis vel incipientis) Secundam vocant μεσοῦντος, vel ἐπὶ δεκάδι (quaſi medii menſis, vel ſupra decadem) Tertiam vocant φθίνοντος μηνὸς, vel παυομένου, vel λήγοντος, vel ἐπὶ εἰκάδι (quaſi euaneſcentis vel ceſſantis menſis, vel ſupra viceſimum diem) Quæ omnia in hac tabella vides.

1. Νου-

1. Νουμηνία		Kalend.	
2. δευτέρα		IV.	
3. τρίτη		III.	
4. τετάρτη	ἱσταμένου	Pridie	
5. πέμπτη	vel ἀρ-	Nonæ	Nonas.
6. ἕκτη	χομένου	VIII.	
7. ἑβδόμη	μηνός.	VII.	
8. ὀγδόη		VI.	
9. ἐννάτη		V.	Idus.
10. δεκάτη		IV.	
11. πρώτη		III.	
12. δευτέρα		Pridie	
13. τρίτη		Idibus	
14. τετάρτη		XVIII.	
15. πέμπτη	μεσοῦντος	XVII.	
16. ἕκτη	μηνὸς ἢ	XVI.	
17. ἑβδόμη	ἐπὶ δεκά-	XV.	
18 ὀγδόη	δι, ἢ ἐπὶ	XIV.	Kalend.
19. ἐννάτη	δεκάτη, ἢ	XIII.	
20. εἰκὰς seu εἰκοστή.	ἐπὶ δέκα.	XII.	
21. δεκάτη		XI.	
22. ἐννάτη		X.	
23. ὀγδόη		IX.	
24. ἑβδόμη		VIII.	
25. ἕκτη	φθίνοντος	VII.	Kalend.
26. πέμπτη	μηνός.	VI.	
27. τετάρτη		V.	
28. τρίτη		IV.	
29. δευτέρα		III.	
30. ἕνη καὶ νέα		Pridie.	

In decade μηνὸς φθίνοντος vtuntur, vt vides, Græci ordine retrogrado numerorum, ſicut Latini in ſuis Nonis, Idibus, & Kalendis.

Poteſt tamen ordo etiam verus & naturalis numerorum ſeruari hoc pacto.

21. πρώτη
22. δευτέρα
23. τρίτη
24. τετάρτη
25. πέμπτη } ἐπὶ εἰκάδι, vel μετ' εἰκάδα, vel ἐπὶ εἰκοστῇ, vel ἐπὶ εἴκοσι.
26. ἕκτη
27. ἑβδόμη
28. ὀγδόη
29. ἐννάτη
30. ἕνη καὶ νέα, vel τριακὰς, vel τριακοστὴ.

Prima dies menſis dicitur Νουμηνία, Neomenia, quia nouilunium in illum incidebat. Decimaquinta vocatur ab Heſiodo Μέση, quia medium obtinet locum inter dies menſis. Trigeſima appellatur ἕνη, ſeu ἕνη καὶ νέα, vetus & noua, ſubauditur enim vox ἡμέρα, quia erat vltima lunæ decreſcentis, & prima accreſcentis, nouilunium enim ſæpe illa ipſa trigeſima die inchoabatur: ſed quid ſi menſis habeat triginta & vnum dies, vt nonnulli apud nos? quid ſi pauciores triginta, vt Februarius, qui tantum 28. vel 29. diebus conſtat? Reſpondeo, poſt εἰκάδα ſeu εἰκοστὴν, dicendum eſſe ἐνδεκάτη φθίνοντος, vel ἐνδεκάτη ἐπὶ εἰκάδι,

erit-

eritque vigeſima prima menſis, ſicut δεκάτη φθίνοντος, viceſima ſecunda, & δευτέρα φθίνοντος, trigeſima; ἔνη καὶ νέα, trigeſima prima. At in Februario ὀγδόη φθίνοντος erit 21. δευτέρα φθίνοντος, 27. ἔνη καὶ νέα, 28. Secundum alterum numerandi modum, qui non eſt retrogradus, non dicetur in Februario 28. dies, ὀγδόη ἐπὶ εἰκάδι, ſed poſt 27. qui eſt ἑβδόμη ἐπὶ εἰκάδι, ponetur ἔνη καὶ νέα, & in menſe qui vno & triginta diebus conſtat, trigeſima vocabitur δεκάτη ἐπὶ εἰκάδι; ſeu abſolute τριακοστὴ, ſeu τριακάς. Ex his facile erit colligere, quomodo ſubſcriptiones, & temporum notationes conſignandæ ſint in epiſtolis, & aliis id genus ſcriptis, quibus annum, menſem, diem adiicere ſolemus, vt ἔγραψα ταῦτα ἔτει ἀπὸ τῆς θεογονίας, α, φ, λ', γ', τῇ ἐννάτῃ μεσοῦντος μηνὸς ἑκατομβαιῶνος ἐν ᾧ Ιγγολσταδίῳ τῶν Βοϊῶν. Quin etiam Græci Latinorum ſupputationem, & numerandi rationem non raro ſequuntur; πρὸ δ' νοννῶν Ἀπριλλίου. Quarto nonas Aprilis, hoc eſt, die ſecundo. πρὸ εννοννῶν Μαρτίου, quinto nonas Martii, id eſt, tertio die Martii. πρὸ η' εἰδῶν Ιουνίου, octauo idus Iunii. id eſt, ſexto die. πρὸ καλανδῶν ιθ' σεπτεμβρίου, decimo nono Kalendas Septembris, id eſt, decimoquarto die Auguſti, ἐν ταῖς Καλάνδαις τοῦ Μαΐου, Kalendis Maii, id eſt, prima die Maii. εἰδοῖς Μαρτίαις. Plutarchus Idibus Martii 15. Martii. Idem, εἰδοῖς Σεπτεμβρίαις. Idibus Septembris, 13. Septembris. Sicut porro Latine in-

terdum dicimus decima Martii, vigeſima, vigeſima prima, trigeſima, ita & Græce dicere licebit, τῇ δεκάτῃ, τῇ εἰκοστῇ, τῇ εἰκοστῇ πρώτῃ. τῇ τριακοστῇ τῇ Μαρτίου.

CAPVT XXV.

DE PRONVNTIATIONE GRÆCORVM VOCAbulorum, quibus Latini vtuntur.

NEMO eſt Græce & Latine doctus, qui neſciat, Latinos multa à Græcis vocabula accepiſſe, & in ſuam linguam tranſtuliſſe, aliquando quidem integra; aliquando nonnihil immutata, & ad Latinos modos ſonoſque inflexa. Cum autem huius rei cognitio, poetices ſtudioſis, & ad Latinum carmen condendum, & ad rectam pronunciationem non parum emolumenti adferat, operæpretium viſum eſt, hoc capite docere, quo pacto vocabula Græca Latio donata efferri debeant. Poſtea dicemus de ſingulis Græcorum literis & diphthongis, quæ & qua mutatione in latinam linguam transferantur, iis in dictionibus, quas Latini cum Græcis communes habent.

De pronunciatione igitur Græcarum vocum, quas Latini vſurpant, ingentes & ſunt & olim fuerunt pugnæ; aliis Græci accentus, aliis quantitatis rationem habendam affirmantibus. Tota enim controuerſia inde extitit, quod quan-

quantitas & accentus apud Græcos diſtinguantur, cuius contrarium fit apud Latinos, qui penultima longa nunquam acuunt antepenultimam, & penultimam breuem nunquam inſigniunt accentu acuto Verum tricis omiſſis duo præcepta tradi poterunt, quibus rei ſumma ſimul & comprehendatur & conficiatur Primum eſt. *Huiuſmodi vocabula recte pronunciari ſiue accentus, ſiue quantitas obſeruetur.* Alterum eſt: *Hac in re ſeruiendum eſſe loci in quo es, & ſeculi, quo viuis, mori & conſuetudini.* Primum ita oſtendo. Vocabula Græca in Latium deducta vt *Philoſophia, Harmonia, Proſodia, melodia, ſymphonia, Baſilius*, & ſexcenta alia, non ideo deſinunt eſſe Græca, quod vſurpentur à Latinis, nam origine, &, vt ſic dixerim, patria ſunt & manent Græca. Quare inepte non faciunt, qui Græcis Græcum tonum & ſonum relinquunt. An non enim *Philoſophia*, verbi gratia, Græcum vocabulum eſt, quantumuis latinis characteribus exaratum? Iure igitur natiuo ſuo accentu illud notare potero, præſertim cum veteres Latini Græcum accentum adeo obſeruarint in pronunciando, vt ad illius modulos etiam latinas quaſdam dictiones accommodarint. Hinc *exáduerſum* apud Gellium libr.7.cap.7. & apud Priſcianum, *éxinde, déinde, ſúbinde, próinde, ſiquando, néquando, aliquando, Iuriſcónſultus, calefácis, tepefácis, muliéris, tebéſis, caléſis* Non refert quod fines & terminationes habeant nonnullas, non Græcas, ſed Latinas, vt *Philoſophia, Proſodia, paracleti, paracletum*; nam terminatio non efficit, quo minus dictio origine ſit & cenſeatur Græca, quocirca nihil obſtat, quo minus Græcum accentum ſeruet. Quod ſi ob mutationem terminationis aliquando accidit, vt accentus neque Græcis neque Latinis legibus ſit conſentaneus, (quod accidit in obliquis nominis παράκλητος, verbi gratia, dum pronunciamus, paracliti, paraclito proparoxytonè, cum tamen ſiue latinam ſiue græcã rationem accentuũ ſpectemus, collocari debeat accentus in penultima) id conſuetudini, de qua paulo poſt, condonandum eſt. Cum enim Rectus ſit proparoxytonus,

absurdum visum est latinæ consuetudini sedem accentus mutare in obliquis, quorum vltima esset longa, nullo incremento syllabarum facto.

Huc accedit Seruius, qui in libello de accentibus notat Latinos eundem accentum quem Græci habent, efferre in Græcis quibusdam nominibus; imo olim & præsertim tempore Ausonii adeo Græca vocabula secundum accentum Græcum efferebant, vt quantitatem penitus euerterent, eamque solo accentu metirentur, quasi accentus & quantitas non distinguerentur. Quia enim Græcis voces hæ, εἴδωλα, ἔρημος habent accentum in prima. Latini quoque eodem accentu extulere, *idola, eremus*. Hinc dactyli sunt apud Prudentium. Græcis est σὐεσπίδης. Eodem accentu pronunciarunt id vocis Latini, hinc Sidonius accentum secutus penultimam producit in hoc phaleucio:

Orchestran quatit alter Euripidis.

Græce dicitur ἄρατος, nomen eius Poetæ, qui scripsit phænomena, cuius media longa est, sed à Sidonio correpta:

Diuersas Arato vias cucurrit.

Et à Paulino:

Aut Arati numeros, aut picta Manethonis astra?

Tertullianus quoque in carmine contra Marcionem corripuit penultimam in nomine *Anicetus*, Græce ἀνίκητος, accentum secutus:

Atque Pio suscepit Anicetus ordine sortem
Sub quo Marcion hic veniens noua Pontica pestis.

Idem sibi licere voluit Ausonius in nomine τρίγωνος, τετράγωνος, & φαίακας, Phæaces, à Recto φαίαξ.

Per totidem partes trigonorum regula currit.

Et,

Fulgur tetragono aspectus vitale coruscat.

Et,

Tres primas Pheacum pugnas tribus ordine bellis.

Quin, quod magis mirandum, apud Plautum dactylus est *Phadromus* & *Philippus*; quia Græce est Φαίδρωμος & Φίλιππος, accentu in prima. Sed respexit Poeta ad accentum

tum eiusque modo ipsam etiam quantitatem mensus est. Quæ cum ita sese habeant, quis nisi iniquus rerum censor illos inscitiæ arguat; qui hodie quoque accentum Græcum in nonnullis latina ciuitate donatis vocabulis seruant; cum consuetudo hæc sit antiquissima, olimque viri doctissimi, Græcæque simul & Latinæ linguæ scientissimi, plus sibi permiserint, nimirum vt ipso accentu Græcorum vocabulorum quantitatem æstimarent. Sed aiunt, si in quibusdam Græcis Græcum tonum obseruatis, cur non idem facitis in omnibus Græcis vocabulis, quibus Latini vtuntur? Nemo enim Latine dicit *Ecclesia*, penultima acuta, vt *Philosophia*, *Theologia*. Verum hæc obiectio illorum est, qui quid sit consuetudo ignorant. Causa diuersitatis est vnica consuetudo, quæ in aliquibus retinuit accentum Græcum, in aliquibus ad Latinorum normam se conformare maluit, quæ consuetudo noua non est, vt iam vidimus.

At vero recte etiam agere illos, qui in pronunciatione huiusmodi vocabulorum quantitatem, latinumq; accentum sequuntur, inde planum fit, quod sint quoque latina; non quidem ortu, sed vsu. Vt igitur Latini latinam terminationem, & sæpe quantitatem, ita quoque latinum accentum illis attribuunt, aut suo iure attribuere possunt. Nam gignendi & dandi casus *philosophiæ* à Recto *philosophia*, non desinunt in terminationem Græcam, & a nominatiui græce producitur, latine corripitur. Quamobrem vt hæc & alia Latini mutarunt in aduentitiis istis vocibus, ita mutare etiam possunt accentum græcum, substituto in eius locum latino, qui à quantitate, vt sæpe iam diximus, non secernitur.

Et si tempore Plauti ipsa etiam græca nomina ad accentum & pronunciationem Latinam accommodabant, dicentes, Hectorem, Nestorem, vt *Rectorem*, *Pastorem*, *Doctorem*, quantumuis quantitate & accentu græco repugnante; quid mirum, si his etiam temporibus, nonnullis in locis consuetudo græcum accentum mutet &

tet, & in latinum conuertat, ſolius quantitatis ratione habita?

Porro quod in hac re conſuetudini locorum & temporum obtemperandum, hæcque pro regula & magiſtra habenda ſit, monemur primum ipſo nomine *conſuetudinis*, quæ, vt dixit Gellius, regina eſt rerum, & maxime verborum, vtique etiam verborum pronunciandorum; quamq; Quintilianus certiſſimam loquendi magiſtram appellat; & penes vſum ſeu conſuetudinem affirmat Horatius eſſe arbitrium & ius & normam loquendi; cur non & pronunciandi? Locutio enim pronunciationem includit. Sapienter itidem monet M. Tullius, vſum loquendi (adde & pronunciandi) concedendum eſſe populo, ſcientiam nobis reſeruandam, à quo non abludit tritum illud Ariſtotelis; *In vſu verborum ſequendam eſſe vulgi conſuetudinem*, conſuetudinem, inquam, non autem abuſum; nihil enim, vt recte Quintil. lib. 1. cap 6. docet, conſuetudinis nomen meretur, niſi careat iuſta reprehenſione; vt ſane hoc, de quo agimus, caret; Nam quis iis in locis, vbi moris eſt has & ſimiles voces, *philoſophia*, *harmonia*, *proſodia*, paroxytone effari, morem hunc reprehendit præter ineptos, & qui intelligendo faciunt, vt nihil intelligant? Neque viciſſim quiſpiam niſi indoctus condemnat illos, qui loci ſui morem ſecuti, accentum Græcum, obſeruata quantitate negligit.

Scribit Gellius libro 13. capite 24. hunc patrium caſum Valeri (ſcribebant autem per ſimplex i, vt apud Horatium *culpa deterere ingeni*) veteres pronunciaſſe penultima acuta, *Valéri*. Vocandi autem caſum antepenultima acuta *Váleri*; & tamen conſuetudine ſuperante res aliter nunc ſeſe habet, & vero iam ætate Gellii habebat. Si quis iam, inquit Gellius, Valerium appellans in caſu vocandi, acuerit primam, non abierit, quin rideatur. Dicimus enim, Valeri penultima acuta in caſu vocandi, & hoc propter ſolam conſuetudinem. Cur igitur non liceat voces græcas græco accentu efferre, ſi conſuetudo ita ferat, præſertim cum

cum hæc consuetudo optima ratione nitatur, contra quam qui brachia tendit, & fronte aduersa obnititur, is non minus merebitur risum, quam qui in vocandi casu diceret: Mércuri, Vírgili, Súlpici, Oúidi, Grégori, 'Ambrosi, Géruasi, Prótasi, proparoxytone. Quod de illo itidem intelligi volo, qui contrariæ consuetudini, vbi ea inualuit, sese opponit. Et vt magis elucescat quanta vis consuetudinis, vnicum adhuc subiiciam exemplum. Olim in Recto fœminini pronunciabant, *vtraq;* accentu in penultima, quod in masculino dicatur *vterque* accentu in penultima; Hinc Ausonius morem sui temporis secutus, producere ausus est penultimam illam syllabam. Epigram. 90.

Odit vtraque, aliud da modo consilium.

Et ad patrem.

Et placuisse reor geminis ætatibus, vt se
Non festinato tempore vtraque daret.

Addo ad extremum non simpliciter condemnandos, qui inueteratum morem secuti, quasdam voces Græcas, neq; secundum accentum græcum, neq; secundum quantitatem efferunt, quod nominatim fit in voce ἀντιφώνη, *antiphona*, quæ vulgo nunc latine proparoxytone effertur, nec male. Nam si consuetudo olim illa ἕκτορι, νέστορι, mutare potuit in *Hectóri*, *Nestóri*, & τετραγώνῳ, in tetrágono, non video cur eadem consuetudo non possit vocem ἀντιφώνη conuertere in antiphonam antepenultima acuta.

CAPVT

Capvt XXXVI.

QVOMODO VOCALES GRÆCÆ TRANSeant ad Latinos.

Vocales Græcæ sunt istæ: α, ε, η, ι, ο, υ, ω.

Alpha Græcum transit aliquando ad Latinos integrum eadem vel diuersa quantitate.

- Eadem, vt μοῦσα, *musa*, λαμπὰς, *lampas*. κάλαθος, *calathus* & in aliis innumeris, quæ a breue habent apud Latinos & Græcos.
- Diuersa, vt Φιλοσοφία, *Philosophia*, Θεολογία, *Theologia*. nam a Græce producitur, Latine corripitur.
- a Doricum est Latinis nunc breue, nunc longum. φάμα, pro φήμη *fama*. πλαγὰ pro πληγὴ, *plaga*. nam prius a longum est, posterius breue.

Aliquando vertitur alpha in

- e τάλαντον, *talentum*.
- i μηχανὴ, *machina*, τρυτάνη, *trutina*, κάναστρον, *canistrum*.
- o μαρμάρεος, *marmoreus*.
- u θρίαμβος, *triumphus*. κραιπάλη, *crapula*. στραγγαλίζειν, *strangulare*.
- æ Ἀσκλήπιος, *Æsculapius*.

E.

E manet Latinis

- Integrum & breue, ἐγὼ, *ego*. φέρω, *fero*. ἰδέα *idea*. τρέμω, *tremo*. βρέμω, *fremo*. θεὸς, *Deus*.
- Longum, μὲ, *me*. σὲ & Dorice τὲ. vnde latinum *te* mutata quantitate, ῥέπω, *repo*. prima longa.
- Vertitur aliquando in u breue σκόπελος. *scopulus*; νεφέλη, *nebula*. Item, in i. ἐν, in. τέγγω, *tingo*.

e lon-

H.

H vertitur in

e longum, ἔρημος, *eremus*. γραμματικὴ, *grammatica*, παράκλητος, *paracletus*.

e breue, πατὴρ, *pater*, μήτηρ, *mater*, nisi quis hæc latina potius a vocatiuo Græco deducat, ὦ πάτερ, ὦ μῆτερ. θαλῆς, *Thales*, λυριστὴς, *Lyristes*. e vtrobique alioqui longum, sed breue est in illo apud Ausonium; in hoc apud Sidonium. *Thales*, ἐστὶν, πάρεστιν δ' ἄρτι, *protulit*, est enim iambicus senarius, primo loco habens Anapæstum.

Alcæo potior Lyristes ipso.

Sic in Latino *crepida*, prima est breuis; licet à Græco κρηπὶς, veniat, vt & in voce *crepido*. Sic κάλπη, Calpe, e longo, sed corripuit Iuuenalis Satyra 14. Æquora transiliet, sed longe Calpe relicta. Eremus quoque penultimam breuem habet apud Prudentium & alios mutato η in e breue.

a longum, σίναπι, *sinapi*, μήτηρ, *mater*, φήμη *fama*, nisi quis ita latinos à Doribus accepisse velit.

a breue, γραμματικὴ, *Grammatica*.

æ σκηνὴ, *scana*. sunt enim qui hanc vocem per æ scribant. Sed minus recte.

i breue, ἐσθὴς, *vestis*.

I.

I vertitur in

a θιγγάνω, *Tango*.

I longum, Ἀγχίσης, *Anchises*.

I breue, Νεστορίδης, *Nestorides*.

e ναυτία, *nausea*

Aliquando fit consonans apud Latinos cum semper sit vocalis apud Græcos Ἰησοῦς, *Iesus*, potest enim vox hæc & dissyllaba & trisyllaba esse.

O mu-

O.

O mutatur in
- o breue, *ὄλυμπος, Olympus, ὄϊς, ouis.*
- a *βόσκω, pasco. ἄροτρον, aratrum.*
- u breue, *ὀδυσσεύς, Vlysses*, maxime in fine dictionum, *ὅμηρος, Homerus, μέθοδος, methodus.*
- *os in er κάπρος, caper. ἀγρὸς, ager.* Ἀλέξανδρος, *Alexander.*
- i breue, *κόνις, cinis.*
- e breue, *γόνυ, genu*, aliquando abiicitur, *ἀπὸ ab.*

Y.

Manet aliquando, *λύρα, lyra.*

Y vertitur in
- u breue, *φυγὴ, fuga, βότρυς, botrus, δύω, duo. κύμινον, cuminum, κυπάρισσος, cupressus.*
- u longum, *μῦς, mus, σῦς, sus*, non tamen semper mutatur in u, quo fit vt minime probandi videantur, qui nunc nobis *Sullas, sullaturire* pro *Syllas syllaturire*, obtrudunt. eodem iure dicerent *sullaba, lura*, pro *syllaba, lyra.*
- a breue, *κύλιξ, calix.*
- o breue, *μύλη, mola, νὺξ, nox, ἄγκυρα, anchora*, aliquando abiicitur, *ὑπὲρ, per.*

Ω.

Ω vertitur in
- o longum, *εἴδωλον, idolum*, quod apud Prudentium & alios corripitur. *μαντὼ, Manto. ὠὸν, ouum.*
- o commune, *ἄμφω, ambo. βρέμω, fremo. λέγω, dico. πλάτων, Plato.*
- o breue, *νέστωρ, Nestor. ἕκτωρ, Hector. ἀγαμέμνων, Agamemnon* vel *Agamemno*, nisi quis hos latinos nominatiuos formet â vocatiuis Græcis. *ὦ νέστορ, ὦ ἀγάμεμνον.*
- u longum, *φὼρ. fur.*
- e *φράτωρ, frater*, nisi quis potius deducat â *φρήτηρ.*

CAPVT

CAPVT XXXVII.

QVOMODO DIPHTHONGI GRÆCÆ AD latinos veniant.

DVodecim ſunt diphthongi, αι, αυ, ει, ευ, οι, ου, quæ dicuntur propriæ, ᾳ, ῃ, ῳ, ηυ, υι, ωυ, quæ dicuntur impropriæ.

αι vertitur in

æ, *παιὰν, pæan. παλαίστρα, palæstra. καῖσαρ, Cæſar* Latini tamen olim diphthongum æ ſcribebant græca imitatione ai, hinc illa per dialyſin apud Virgilium & Lucretium: *aulai, pictai, aquai, patriai*, & id genus alia, & in monumentis antiquis *aira* pro *ara*.

Aliquando manet integra, *μαῖα, Maia. Αἴας, Aiax*, non enim producuntur duæ iſtæ voces poſitione ſed diphthongo.

Interdum videtur mutari in e, & quidem breue, vt *Cytheron* pro *Cytharon*, Græce κυθαίρων, *Clytemneſtra* pro Clytæmneſtra, Græce κλυταιμνήστρα, *Pheacas* pro Phæacas, Græce φαιάκας Hinc Auſonius ſyllabas illas corripuit.

Sed Cytheron toties ternas ex are ſacrauit.

Et,

Vindicem adulterii cum Clytemeſtra necet. Licet etiam legere: Clytemneſtra helleniſmo, de quo ſupra cap. 3.

Et,

Tres primas Pheacum pugnas tribus ordine bellis. Lipſius tamen in Saturnalibus legit *Threcum*.

Et Prudent.

Cuius ad arbitrium ſphera mobilis atq; rotunda, pro *ſphæra*.

Pauli-

Paulinus epist.3.ad Ausonium.

Qua Betis Oceanum, Tyrrhenumque auget Iberus.

Pro Bætis, scribitur enim Græce βαῖτις.

Nisi quis dicat istos his locis ex latina diphthongo æ potius exemisse præpositiuam a, e breue remanente, quod in Latinis itidem vocabulis fecerunt poetæ inferioris æui. Paulinus lib.4. de vita S. Martini.

Coniugis infirmæ tristem miseretur erumnam.

Ibidem.

Refugit pompam sed deflet eruminam.

Et lib.4.

Dissimulare istam miseri plangentis erumnam.

Fortunatus lib.1. de vita S. Martini.

Ille carens animi pœnis, hic carnis erumnis.

Quibus locis vox *erumnæ* e breue habet.

Ipsi tamen Græci mutabant interdum αι in ε, & hoc nominatim in nomine κυναίγειρος, de quo exstat elegans illud Epigramma.

ὦ τλῆμον κυνέγειρε καὶ ἐν ζωοῖς καὶ ἀπελθὼν
ὡς αἰεὶ κόπτῃ ῥήμασι καὶ κοπίσι.
πρόσθε μὲν ἐν πολέμοισι τεὴ πέσε μαρναμένη χείρ,
νῦν δέ σ᾽ ὁ γραμματικὸς καὶ ποδὸς ἐστέρισεν.
O miser Cynegire inter viuos & mortuos
Vt semper mutilaris verbis & gladiis.
Prius quidem in bellis cecidit manus tua pugnans,
Nunc etiam grammaticus vno pede te priuauit.

Vertitur etiam α in e breue hoc vocabulo ἔλαιον, *oleum*, & in i breue, βασκαίνω, *fascino*, & in a longum κραιπάλη, *crapula*.

AY.

αυ manet θησαυρὸς, *Thesaurus*. αὔρα, *aura*. & hinc forte latinum, *aurum*, αὐλὴ, *aula*,

ilon-

EI.

ει vertitur in

i longum, νεῖλος, *Nilus.* θάλεια, *Thalia*, εἴδωλον, *idolum.* Ἀλεξάνδρεια, *Alexandria.* λείβω, *libo.*

Interdum demitur i, vt maneat e breue.

Horat. *Puræ sunt plateæ, nihil vt meditantibus obstet.*

Virgil. *Pars pedibus plaudunt, choreas & carmina dicunt.*

Interdum tollitur præpositiua e, manente i breui, φιδίας pro φειδίας, ἠπιρώτης pro ἠπειρώτης, χιράγρα pro χειράγρα: Hinc corripuit Ausonius.

Et Epirote Cinea memor magis.

Seeundo loco iambus est.

Et: *Cuius opus? Phidiæ, qui signum Pallados eius.*

Mart. *Sed nil patrono porrigit: hac chiragra est.*

Horat. *Nodosa corpus nolis prohibere chiragra.*

Nam qui his aliisque locis contendunt scribendum esse: *cheragra*, damnata simpliciter priori lectione, ii litium quam veritatis cupidiores videntur.

Nonnunquam mutari videtur in æ, plerumque enim scribitur læuis & læuor, quæ à Græco λεῖος descendere notum est.

Interdum integra scribitur. *Calliopeia, Deiopeia,* in penultima; nam in prima non est diphthongus. Est cum dissoluitur producto e.

Ouid. *Flebilis indignos elegeia solue capillos.*

Nisi quis Ionismum esse contendat, nam Iones ι huius diphthongi mutant in η, facta dialysi, ἐλεγήια, κυθερήια, ἀγγεῖον, ἀγγήιον, *vas.*

Vtebantur Latini olim hac diphthongo in Latinis etiam vocabulis, hinc *captinei, amicei, magnei.* in Recto plurali.

EY.

Aliquando manet; εὖγε, *euge.* εὐχαριστία, *Eucharistia,* εὖρος, *Eurus* θησεὺς, *Theseus.*

ευ Aliquando diuiditur in e & u breue, θησεύς, *Theseus*. ὀρφεύς, Orpheus, *trium syllabarum*.
Vertitur in e longum, ἀχιλλεύς, *Achilles*. ὀδυσσεύς, *Vlysses*, nisi quis hæc & similia velit formare à Doricis ὀδύσσης, ἀχίλλης.

ΟΙ.

οι Manet interdum, τροῖα, *Troia*. nam hæc dictio primam habet longam diphthongo, non positione.
Latini pro œ scribebant olim οι, sic oinonem pro *œnonem* adfert Capella. & pro u, oitier pro *vtier*, apud Victorinum, & in priscis monumentis oitile pro *vtile*. teste Lipsio libro de pronunciat. lat. ling. cap. 11.
Mutatur in œ φοῖβος, *Phœbus* φοίνισσα, *Phœnissa*. Eximitur ex illa ι præpositiua ab Ausonio.
Da rectum casum iam soliecismus eris.
Nisi quis legat solecismus, vt ex latina œ præpositam subtraxerit.
Videtur ι eximi in his vocibus; ποιητὴς, ποίημα, ποίησις, *poeta*, *poema*, *poesis*, nam primam latini corripiunt.

ΟΥ.

ου vertitur in
u longum πολύπους, *polypus*, vltima longa, quam poetæ nonnunquam corripiunt. Horat.
Polypus an grauis hirsutis cubet hircus in alis.
e longum τρίπους, *tripes*. πούς, *pes*. Hinc pes cum suis compositis vltimam producit apud Latinos, Ausonius corripuit.
Quis bipes, & quadrupes foret & tripes, omnia solus.
o longum, βοῦς, *bos*.
o breue βούλω, seu βούλομαι, *volo*.

ᾳ. ῃ. ῳ.

ᾳ & ῃ mutantur in æ τῇ μούσῃ, *musæ*. τῷ ποιητῇ, *poetæ*. τῇ φιλοσοφίᾳ, *philosophiæ*.

ῳ transit in œ τραγῳδία, *tragœdia*. κωμῳδία, *comœdia*. item in o longum, ᾠδὴ, *ode*. προσῳδία, *prosodia*.

Diph-

Diphthongi ηυ & ωυ Latinis non sunt notæ. υ manet integra, *harpyia, cynomyia*.

CAPVT XXXVIII.

QVA MVTATIONE CONSONANTES GRÆcæ in Latinam linguam transferantur.

β vertitur in
- b μακρόβιος, *Macrobius*, φοῖβος, *Phœbus*, βοῦς, *bos*.
- p βαβαί, *Papæ*, quamuis Græci etiam παπαί, dicant.
- u βίη, *vis*, βαδίζω, *vado*.
- ph θρίαμβος, *Triumphus*.

γ
- Manet, γαλάτεια, *Galatea*, γένος, *genus*.
- Interdum fit n, ἄγγελος, *Angelus*.

δ in
- d διδὼ, *Dido*, δαίμων, *Damon*.
- b δὶς, *bis*.
- l ὀδυσσεὺς, *Vlysses*.

ζ
- Manet aliquando, ἐξορκίζω, *exorcizo*, βαπτίζω, *baptizo*.
- Interdum abiit in σσ, μᾶζα, *massa*, πατρίζω, *patrisso*.

θ in
- th θύρσος, *Thyrsus*.
- t θρίαμβος, *Triumphus*.
- d Θεὸς, *Deus*, Θεὰ, *Dea*.

κ in
- c κάμηλος, *camelus*.
- g κύκνος, *cygnus*, alii tamen *cycnus*, κυβερνῶ, *guberno*.
- λ, μ, ν, ξ, in l, m, n, x, λαμπὰς, στέμμα, *stemma*, σινδὼν, *sindon*, ἐξ, *ex*, ἕξ, *sex*.

ν in λ νύμφη, *lympha*, in μ. παίγνιον, *pagnium*.

π in
- p πατὴρ, *pater*.
- b πύξος, *buxus*.

π in { ph τρόπαιον, *Trophaeum.* βόσπορος, *Bosphorus.* γρῖπος, *Gryphus.* γρῦπες, *gryphes.* κλεόπας, *Cleophas.* πυλαμένης, *Phylamenes.* ὑψιπύλη, *Hypsiphyle.* καπαρναοὺμ, **Capharnaum**, & in libris antiquis Thermophylæ pro *Thermopylæ*, Vide Turnebum libr. 28. cap. 40. qui merito ab illis dissentit, qui hæc & alia huius generis nomina aspiratione priuant. }

ρ in { r ἄραψ, *Arabs.* rh ῥήτωρ, *Rhetor*, quando est ῥ aspiratum, id tamen non fit semper, ῥώμη, *Roma.* }

σ in x αἴας, *Aiax.*

τ in { s ὀστᾶ, *ossa*, ἡ ναυτία, nausea. b λίτρα, *libra.* }

φ in { f φέρω, *fero.* φυγὴ, *fuga.* ph Φιλόσοφος, *Philosophus.* b ἄμφω, *ambo*, νεφέλη. *nebula.* p πορφύρεος, *purpureus.* }

χ in { ch Χριστὸς, *Christus.* g ἄγχω, *ango.* }


ψ in { ps αἰθίοψ, *Æthiops.* bs ἄραψ, *Arabs.* }

Spiritus asper vertitur nonnunquam in s. ἕξ, *sex*, ἑπτὰ, *septem* ἕρπυλλον, *serpillum.* ἕρπω, *serpo* aliquando in u. ἑσπέρα, *vespera.* ἑνετος, *Venetus*: Modo in h cui proprie æquiualet. ὕμνος, *hymnus.* ὅμηρος, *Homerus.* Etiam lenis mutatur nonnunquam in u, ἐσθὴς, *vestis*, ἦρ, *ver.*

DIS-

DISSERTATIO.

DE PRONVNCIATIONE LINGVÆ GRÆCÆ.



IAM *dudum animus fuit ad Grammaticum meum opus adiicere auctarium de pronunciatione Græcæ linguæ, id demum hac quinta Ingolstadiensi editione præsto, sed breuiter, nam cur immorer in re, quæ ex more abiit, & quæ in mores post tot secula reduci, prope dixerim, nequit. Itaque satis erit libare nonnulla, quæ saltem scire tironum interest, si vti non placeat, aut per consuetudinem æui huius non liceat. Ordo hic erit. Primo dicemus de sono vocalium. Secundo, diphthongorum, quæ ex vocalibus composita. Tertio, consonantium, si quid tamen prius generatim de numero litterarum Græcanicarum dixerimus. Mekerchum præcipue sequemur, & summum virum Lipsium, qui doctissimo suo de pronunciatione linguæ latinæ Dialogo multa ad pronunciationem Græcæ linguæ spectantia interserit, & immiscet.*

Capvt I.

DE NVMERO GRÆCARVM LITTERARVM, QVÆ à quibus inuentæ, & de Hæresi ex alphabeto Græco contexta.

HAbent Græci litteras viginti quatuor, quas libro primo enumerauimus & depinximus. Ex quibus has sexdecim Cadmus ex Phœnicia in Græciam intulisse fertur, cum ab aliis, tum à Plinio lib. 7. cap 56. α β γ δ ε ι κ λ μ ν ο π ρ σ τ υ. quibus, Troicis temporibus, eodem Plinio teste, addidit Palamedes has quatuor: ϑ ξ φ χ. Simonides Melicus totidem ζ η ψ ω. Alii aliter de hoc statuunt, vt idem Plinius auctor est. Sed in re tam antiqua, & à nostra memoria remota, verum fortassis sine periculo ignorare licet. Nam quæ Beza in suo commentario de pronunciatione Græcæ linguæ contra litteras à Palamede & Simonide repertas adfert, ea vani hæretici vana sunt commenta, ex sola contradicendi libidine nata, refutatu facillima, & refutaremus quoque si nobis in hac dissertatione breuitatem & summa rerum fastigia sequi propositum non esset.

Refert Sylburgius commentario in Græcum Alphabetum, se in membranis Fuldensibus & Moguntinis duas alias literas Græco Alphabeto insertas reperisse, nimirum. *Erisinen* seu *Episinon* inter ε & ζ, & *κoppin*, seu *Copha*, seu *Coppa* inter π & ρ, quarum hæc nostro Latino Q illa notæ senarii numeri adhuc vsitatæ respondet, & à quibusdam στ & ϛ nominari solet. Porro literam illam *Coppin* sedem suam habuisse post π, vt apud nos Q. testatur in Orthographia Victorinus Afer, licet in Græcis historicis nulla eius vestigia appareant: constanter enim *κappa* vsurpant loco nostri Q. vt *Quintus*, *κόϊντ*ος, seu *κύντ*ος. *ἀκύλας*, *ἀκύλι*ος, *Aquila*, *Aquilius*, & centena talia. Nec mirum à

Græcis

Græcis hanc literam fuisse desertam, cum nec apud Latinos admodum sit necessaria, vt docet clarissimus Lipsius libr. de pronunciatione linguæ latinæ cap. 13. quia C. vices illius supplere, munusque obire potest, vt apud Græcos *kappa*; quæ & ipsa literis latinis non tam interest, quam superest.

Memoriæ prodidit Aimoinus libr 3. histor. Franc. cap. 41. Chilpericum Regem literis Francicis addidisse has ex Græcis, ω μέγα, χ, θ, φ, missisque epistolis ad sibi subiectas vrbes præcepisse, *vt pueri in his docerentur*. Eadem Gregorius Turonensis libr. 5. histor Franc. cap. 44. nisi quod locus Gregorii videtur vitio librariorum corruptus, & ex Aimoino sanandus. Ita Græci olim non modo homines, sed & litterarum elementa in colonias miserunt. Inde Latinis itidem *kappa* venit, & υ & ζ, vt suo loco notabimus. Illud mirum, non defuisse, qui ex Alphabeto Græco hæresin sibi architectarentur. Testis Tertullianus libro de præscript. cap. 50. *Non defuerunt post hos Marcus quidam & Colarbasus nouam hæresin ex Græcorum Alphabeto componentes. Negant enim veritatem sine istis posse literis inueniri, imo totam plenitudinem & perfectionem veritatis in istis literis esse dispositam. Propter hanc enim caussam Christum dixisse: ego sum* α *&* ω. *Denique Iesum Christum descendisse, id est, columbam in Iesum venisse, quæ Græco nomine cum* περιστερὰ *pronuntietur, habere secundum numerum DCCCI. percurrunt isti* ω ψ χ φ υ τ *totum vsque ad Alphabeta, & computant ogdoadas & decadas, ita vt adferre illorum omnes vanitates ineptum sit & otiosum* Hæc Tertullianus. De eorundem stultitia non pauca Irenæus libr. 1. aduersus Hæreses, Epiphanius Hær 34. & Philastrius in Catalogo Hæreticorum.

CAPVT II.

DE ALPHA PRIMA VOCALI.

INter vocales primo loco occurrit Alpha ancipitis quantitatis apud Græcos. Quarum, vt A latinum duplicem habet, vel potius habuit pronunciationem, alteram crassam; alteram lenem; ita & Alpha Græcum geminam habere debet; crassam cum producitur; tenuem, cum corripitur. Illam designabant olim latini A duplicato. *amaabam, effaari, maalus* pro pomo. Hanc A simplici *facio, facies, faciem.* & quod de A dicitur, id de singulis vocalibus longis intellectum volumus. Quintilianus lib 1. cap. 12. *Veteres vsque ad Attium, & vltra, porrectas syllabas geminis vocalibus scripserunt.* Reprehendit hanc duplicandi consuetudinem Lucillius his versibus.

A primum longa & breui syllaba: nos tamen vnum
Hoc faciemus, & vno eodemque, vt diximus, pacto,
Scribemus PACEM, PLACIDE, IANVM, ARIDVM, ACETVM.
ἆρες, ἄρες Græci, vt faciunt.

Sequens ætas, geminatione neglecta, literam longam lineola transuersim ducta insigniebat, & à breui distinguebat. āra, fātum, Māuors, Vārus. Quamuis autem Græci nullo signo notarent pronunciationem illam crassiorem τ͂ ἄλφα & vocalium longarum, vt ex Lucilio audiuimus, nulla tamen dubitatio apud eruditos relinqui potest, quin vsu ipso & pronunciatu, alpha longum à breui, aliasque longas vocales à breuibus distinxerint. Nam cum id Romani fecerint, multo magis hoc de Græcis, omnium disciplinarum Magistris, existimandum est. præsertim cum sine tali pronunciationis discrimine recta & genuina pronunciandi ratio subsistere non queat. Latinorum profecto aures ita ad discrimina ista assuetæ erant,

tant, vt si quid hac in re à publice recitantibus titubatum aut erratum esset, integra theatra exclamarent, errantemque tantum non exploderent. *In versu quidem,* inquit Cicero in Oratore, *theatra exclamant, si fuerit vna syllaba, aut breuior, aut longior. Nec vero multitudo pedes nouit, nec numeros tenet; nec illud, quod offendit, aut cur aut in quo offendit, intelligit, & tamen omnium longitudinum & breuitatum in sonis, sicut acutarum, grauiumque iudicium ipsa natura in auribus nostris collocauit.* Clarius idem M. Tullius de hac re alibi. *Quid vero hoc elegantius, quod non fit natura, sed quodam instituto? Inclytus dicimus, breui prima litera, Insanus producta. Inhumanus breui: Infelix, longa. Et, ne multis, in quibus verbis eæ primæ sunt literæ, quæ in Sapiente atque Felice, producte dicuntur: in cæteris omnibus breuiter. Itemque composuit, concrepuit, consueuit, confecit; consule veritatem, reprehendet. Refer ad aures, probabunt.* Vbi Cicero non de quantitate syllabarum loquitur, quis enim dubitet primam in voce *inclytus* esse longam, si syllabam spectes? sed de quantitate literarum, in pronunciatu potissimum sita; cuius iudices & arbitri erant aures; ita vt i in voce *inclytus* pronunciatum simplex esset; in voce autem *Insanus* duplex, perinde ac si quis diceret *Iinsanus* seu *Einsanus*, sic o breue & exile in his: *composuit, concrepuit, coniecit.* Productum in his: *Coonfecit, coonsueuit, coonfiteor, coonsigno.* De quibus præclare Lipsius lib. de pronunciat. ling. lat.

Similem efferendi & breues vocales à productis internoscendi rationem dico apud veteres Græcos etiam vsitatam fuisse; quæ tamen vt in latina lingua, ita & in Græca funditus interiit nam, vt recte ait Emmanuel noster, hodie ne docti quidem, & qui omnem ætatem in literis consumpserunt, A longum à breui sono possunt distinguere, eodem enim modo *malum*, & arborem & hominem sonant. Quis vel peritissimus *venit, legit* præsens à præterito *venit, legit*; *Fidi, mori, duci*, à nominibus *fidi, mori, duci*, hodie pronunciatione separat? Communiter igi-

tur ab omnibus pronunciatione τοῦ ἄλφα tam Græci, quam Latini ſimiliumque vocalium dubiarum peccatur; imo & ipſarum breuium, quæ ita efferuntur, vt à longis nihil differre videantur. Ita omnia miſcuit longæua vetuſtas. Priſcæ pronunciationis remanent veſtigia quædam apud Germanos, qui A multis in vocabulis linguæ ſuæ, tractim & cum mora pronunciant, quaſi geminatum eſſet. nam *ſtomachum* vocant *maagen*, *vehi*, *faaren*, *filum*, *faaden*, *litem haader*. Idem obſeruant in aliis vocalibus. Pauciorum eſt error ille; qui alpha Græcum & Latinum ſono prope ad o deflectunt, licet alii ad aliud extremum, & ad nimis clarum ſonorem vergant. In medio tutiſſimus ibis.

CAPVT III.

DE ε PSILO.

E Vocabatur olim ει Euſtathius in lib. 5. Iliadis initio. *ἰστέον δὲ ὅτι τὸ ε στοιχεῖον ει ἔλεγον οἱ παλαιοὶ προστιθέντες ι.* Sciendum ε à veteribus dictum ει addito Iota. Hæc videlicet illa littera eſt; quæ templi Delphici foribus inſcripta erat tot doctiſſimorum hominum diſputationibus decantata, vnam enim litteram fuiſſe apertiſſime ex Plutarchi libro περὶ τοῦ Ε τοῦ ἐν Δελφοῖς intelligitur, inquit Muretus libr. 18. variarum Lect. cap. 1 & ex quodam eiuſdem ſcriptoris loco in libro de oraculorum defectu, vbi ita legitur. *ἥδιον μοι δοκῶ μαθεῖν, ἢ τῆς ἐνταῦθα τοῦ ε καθιερώσεως τὴν διάνοιαν. Iucundius mihi fuerit hoc diſcere, quam cur hic litera ε conſecrata fuerit.* Idem probat Muretus ex libr. 10. Athenæi, vbi mulier alias mulieres Grammaticam docens introducitur, & de vocalibus ita loquitur. *ἄλφα πρῶτον ὦ γυναῖκες. ει τὸ δεύτερον μόνον χρὴ λέγειν. Primum elementum, o mulieres, nominare oportet, alpha ſecundum tantummodo ει.* Vbi de ε pſilo ſermo; hoc enim ſecundas inter vocales tenet. Poſtea ε inter vocales; ει inter diphthongos remanſit. Nec habebat Platonis æuo ε additamentum

mentum illud vocabuli ψιλὸν, vt nec υ nec ο aut ω vocum μικρὸν & μέγα; quod ex Platonis Cratylo manifestum, vbi dicit, omnia elementa esse & habere nomina, exceptis quatuor, τοῦ ε, καὶ τοῦ ο, καὶ τοῦ ω. τοῖς δ' ἄλλοις φωνήεσί τε καὶ ἀφώνοις οἶσθα ὅτι περιτιθέντες ἄλλα γράμματα λέγομεν ὀνόματα ποιοῦντες. *Alias vero vocales & consonantes adiunctis alus litteris, nomina facimus.* Antequam enim à Simonide repertum esset, vicem eius obibat. Plato. οὐ γὰρ ἠ ἐχρώμεθα, ἀλλὰ ε τὸ παλαιόν. Non enim vtebamur quondam η, sed ε. Hinc ait idem Plato in Cratylo, quosdam ex veteribus dixisse ἱμέραν, quæ postea ἡμέρα vocata sit. Sonus τοῦ ε ψιλοῦ tenuis est, quales in his latinis vocibus, *lego*, *eo*, *ego*, quem sonum ipsum vocabulum indicat. Sed nos vitio æui omnia confundimus, & non raro τῷ ε ψιλῷ crassiorem illum sonum affingimus, quasi non breue, sed productum atque adeo geminatum esset Et sæpe insuper peculiari orationis vitio natiuum eius effatum obscuramus, vt & in Latinis accidere consueuit.

CAPVT IV.

DE ἨTA.

NEgari non potest aliter olim ac hodie pronunciatam hanc litteram, nempe vt E longum apud Latinos, si efferatur, sicut efferri debet. Pronuntiabatur autem e longum quasi geminatum, vt supra dicebamus de alpha longo. Ex quo more illa, *Mee*, *see*, *meecum*, pro *me*, *se*, *mecum*. & adspiratione vel littera d. interposita *mehecum*, *medecum preendo*, *veemens*, vnde trisyllaba, *prehendo*, *vehemens*, vt *mihi* ex *mi* seu *mui*. ἦτα igitur idem valere quod Eeta, multa sunt quæ suadeant I. Auctoritas. Ausonius.

Eta quod Æolidum, quodque E valet, hoc latiale E.

Sensus est, E latinum æquiparare sono τὸ ἦτα & ε græcum, & duobus illis respondere Terentius Maurus.

Literam namque E videmus esse ad Eta proximam.

Martianus Capella. *E vocalis duarum Græcarum*

vim

vim possidet, nam cum corripitur ε græcum est, cum producitur Eta est. Accedat & Varro, qui oues à Græcis μῆλα appellatas tradit à balatu *Mee*, à latinis autem *Bela*, quod potius *bee* sonare videantur, quam *mee*, à quo etiam latina vox *balare*, vna littera extrita, vt fit in multis. Si igitur oues inuenerunt apud Græcos nomen à sono, necesse est vt pronunciemus non *mila*, sed mela, quia & ipsæ non clamant *mi* vel *bi*, sed *mee* vel *bee*. Præterea si Græci nominarunt capras à sono μηκάδας, oportet vt *Meecadas* efferamus, nam onomatopœia nulla erit, si *Micadas* legamus, vox enim caprarum non est *mi*, sed *mee*.

Nec deest ratio. I. Quia si ἦτα efferatur vt ἰῶτα, more huius ætatis, fatendum erit, vel nullum esse E longum apud Græcos, quod incredibile est: vel ε ψιλὸν adhuc esse anceps & dubium, quod non modo incredibile est, sed & manifeste falsum.

II. Quemadmodum ω repertum est, vt τῷ ὁ μικρῷ quasi suppetias ferret, prouinciæque, quam antea administrabat, partem aliquam susciperet, ita etiam ἦτα in literarum ordinem venit, vt ε ψιλὸν subleuaret, longasque syllabas sibi vendicaret. Sicut ergo ω pronunciatur, vt ο longum & geminato quasi sono, sic & ἦτα pronuntiandum erit vt E longum, & velut gemino sono.

III. Nondum reperto ἦτα vocabula longa scribebantur per ε ψιλὸν, at tunc ε ψιλὸν non efferebatur vt Iota, sed vt duplex E, ἔργον enim scribebant, & ἔρωα quæ nunc ἧργον, & ἥρωα, & vbi scriptum erat ἔργον, vtique non pronunciabant ἴργον aut ἴρωα, sed ἐέργον & ἐέρωα, ergo neque iam vicaria τοῦ ε ψιλοῦ sonare debet vt iota, sed vt E longum.

IV. ἦτα Græcanicum communi more & modo cum ad Latinos transit, vertitur in e & quidem præcipue longum: quod indicio est ἦτα eodem sono præditum esse, quo E longum latinum. Vide quæ dicta cap. 36. libro 3.

V. Ipsi Græci latina vocabula E longo scripta scribunt per

per ἦτα, ergo idem est vtriusque sonus. Illis enim *Felix* est φῆλιξ. *Cornelius*, κορνήλιος. *Legatum*, ληγᾶτον. *Dii manes*, μάνης. *valere*, βαλῆρε. Zonaras & alii recentiores historici *Regem* vocant ῥῆγα. Si igitur ἦτα per iota efferendum est, cur Græci scriptores E latinum per ἦτα diuersi plane modi & soni reddunt.

VI. Hebraicæ dictiones, quæ apud Hebræos per E longum scribuntur, Græce scribuntur per ἦτα, vt ἀμὴν, ἐμμανουὴλ, ἰωσὴφ, ἰσραὴλ, γαβριήλ. & *Beth* secunda litera Hebræorum à Græcis scribitur βὴθ, signum ergo est ἦτα Græcorum sonare, vt E longum Hebræorum. Ergo Beth Græce, non Bith proferes. Quia si Bith te audierit Hebræus pronunciantem, risu corruet, inquit Emmanuel & Adolphus Mekerchus.

VII. Si ἦτα sonat vt iota, cur iota manet anceps? quia enim ω sonat vt ο μικρὸν, vtique omicron amplius ambiguum non remanet.

VIII. Ob vicinitatem & similitudinem soni solent poetæ metri caussa aliquando ἦτα in locum τοῦ ε ψιλοῦ substituere, vt πηλήϊος pro πηλεΐος, μακηδόνες pro μακεδόνες, αἰητὸς pro ἀετὸς, sed hoc apte non fieret, si ἦτα sonaret vt iota, aut vt nostrum latinum I. Ergo ita pronunciabatur olim quasi *eeta*, vel certe sono quodam medio inter a & e saltem in quibusdam vocabulis. Quare etiam in contractionibus ex ε ψιλοῦ & alpha resultat η, vt δημοσθένεα, δημοσθένη, τείχεα, τείχη, qualis sonus auditur etiam in his latinis vocibus, *ascendo*, *mens*, *dens*, *lens*, *effectus*, *obses*, Germanicum videlicet a exprimens.

IX. Ipsa etiam figura τοῦ η sententiam nostram vtcunque insinuat, nam vt elegantissimus Muretus ait, si duo E aduersis frontibus scribas, eaque inter se coniungas hoc modo, EƎ, deletis postea transuersis lineolis quarum altera in summo, altera in imo est, habebis η. Adhæc η valere duo ε ε ostendunt etiam Atticæ contractiones τείχεε τείχη, ἤδεε, ἤδη. deinde poeticæ dialyses, nam pro δῆλον dicunt poetæ δέελον. Et in veteribus monumentis apparet aliquando apud Golzium, & alios ζειων pro ζήων, ἀθεναῖ

pro

pro ἀθλωᾶ, & apud Pausaniam in Eliacis ἀθέναθεν pro ἀθλώαθεν. & Apollonius vetus Grammaticus ξηρὸν & πεφῆσθαι, Attica systole pro ξηρὸν & πεφῆσθαι vsurpata docet. Concludat Plato suo testimonio, tametsi supra itidem adducto. οὐ γὰρ ἠ ἐχρώμεθα ἀλλὰ ε τὸ παλαιόν, *non enim vsurpabamus olim ἦτα, sed ε psilon.* Quo circa non mirum, si ε ψιλὸν aliquando in locum τοῦ ἦτα substitutum reperitur.

Fortassis obiiciat quis illud Socratis apud Platonem in Cratylo: οἱ μὲν ἀρχαιότατοι ἱμέραν τὴν ἡμέραν ἐκάλουν, vbi indicari videtur eundem esse sonum τοῦ ἰῶτα καὶ τοῦ ἦτα, cum sit vnum, idemque vocabulum. Sed secus res habet. Nam antiquissimi illi, qui ἱμέραν scribebant, ἱμέραν item per iota efferebant, posteriores qui ἡμέραν scribebant ἐμέραν pronunciabant, cum quibus & illi se conformabant, qui ἐμέραν nominabant. Nec nouum est vocabula temporis successu mutare literas, & sonos cum diuersi soni literis.

Secundo obiicere quis posset quod χριστὸς olim & χρηστὸς eundem sonum habuisse videntur: patet id primo ex Iustino Martyre Apologia secunda pro Christianis. χριστιανοὶ γὰρ εἶναι κατηγορούμεθα, τὸ δὲ χρηστὸν μισεῖσθαι οὐ δίκαιον. *Accusamur, quod simus Christiani; sed aequum non est odisse χρηστόν. Ibidem ait Iustinus Christianos ratione nominis esse χρηστοτάτους.* Vbi, nisi idem sonus sit vocabuli χριστὸς & χρηστὸς totum quod dicitur, videtur esse ineptum & absurdum. Sic apud Theophilum Antiochenum libro primo, cum Autolycus Theophilo nomen Christiani obiecisset, respondit ille: *nihil aliud in votis habeo, quam vt sim εὔχρηστος, id est, bonus erga Deum: sed tu fortassis ita sentis de Deo, quod ἄχρηστος.* Vbi similiter necesse est statuere similitudinem soni inter χριστὸν & χρηστόν. Respondeo, nihil ex his locis confici. Nam apud Iustinum & Theophilum legendum est, non χριστιανοί, sed χρηστιανοί, Ethnici enim vel ex malitia, vel ex imperitia vocabant Christianos *Chrestianos*, Tertullianus in Apologet. cap. 3. *Sed & cum perperam Chrestianus pronunciatur à vobis (nam*

(nam nec nominis certa est notitia penes vos) de suauitate vel benignitate compositum est. Sic Christum vocabant *Chrestum*. Lactantius libr. 4. cap 7. *Sed exponenda huius nominis* (Christi) *ratio propter ignorantium errorem, qui eum immutata litiera Chrestum solent dicere.* Vocat autem Christum *Chrestum* nominatim Suetonius in Claudio capite 25. Dicit ergo Iustinus: *Accusamur & deferimur tanquam* χρηστιανοὶ, seu *Chrestiani*; Atqui χρηστὸν seu *Chreston*, nullam meretur accusationem; nullum odium: est enim idem, quod *bonum*, seu *benignum*. Pari modo cum Autolycus nominasset Theophilum χρηστιανὸν, seu Chrestianum; respondit Theophilus, se in id vnum incumbere, vt sit εὔχρηστος, hoc est, *bonus & vtilis*, non ἄχρηστος, vt erat Autolycus, hoc est, *inutilis*. Si quis ergo hanc totam rem diligentius considerare velit; facile animaduertet ἦτα eo tempore, aliter pronunciatum, quam iota. Nam si pronunciatum fuisset eo modo, quo effertur iam nobis, tum nihil interfuisset, siue ab Ethnicis Fideles, χριστιανοὶ siue χρηστιανοὶ appellati fuissent. Idem enim exstitisset vtriusque vocabuli sonus, nec calumniæ occasionem Ethnici habuissent, si Græce dictio χριστοῦ & χριστιανοῦ non aliter sonuisset, quam dictio χρηστοῦ & χρηστιανοῦ.

Sed forte ideo iota & ἦτα vnius videbuntur soni, quod nonnulla, quæ Græce scribuntur per η, latine scribuntur & pronunciantur per iota, vt παράκλητος, *paraclitus*; κύριε ἐλέησον, *Kyrie eleison*. κυρήνιος, *Cyrinus*. 2. quod quædam apud Græcos promiscue per η & iota scribuntur; vt σκήπων, & σκίπων, *baculus, scipio*, quasi eiusdem soni ἦτα & iota essent. 3. quod Græca quædam per η scribi solita mutantur in iota cum ad Latinos transeunt, vt γεννητὸς, *genitus*, γεννήτωρ. *genitor*. ἀκὴ, ἀκῆς, *acies*. ἐσθὴς, *vestis*. ληρῶ, ληρεῖς. *deliro*. ναυάγιον, *naufragium*. Latine, tametsi alia notione, *nauigium*. 4. Quod Latina nonnulla per i scribi consueta, à Græcis scribuntur per ἦτα. vt *Comites*, κόμητες. *Numitor*, Νομήτωρ.

Verũ ad hæc in promptu est responsio. nã consuetudo illa latine scribendi & efferendi per iota, quæ Græce scribuntur

tur per ἦτα recentior est, & pronunciationis confusæ effectus. Quis enim dubitet veteres latine scripsisse & enunciasse, *Paracletus*, *Kyrie eleeson*, & ineptus sit, qui contra hunc, vt sic dicam, vsus torrentem brachia tendere, & ex nouitio isto more aliquid aduersus veram & germanam distinctionem τοῦ ἦτα, & τοῦ ἰῶτα definire velit. Illud κυρήνιος à plerisque vertitur *Cyrenius*, vt η vertatur in e longum. Nam qui transferunt *Quirinum*, aut *Cyrinam*; illi ad Latinum nomen *Quirini*, aut *Cyrini* respiciunt, quod in medio per iota semper scribitur (apud Plutarchum & alios Græcos, κυρῖνος, κυρῖνον, κυρῖτας *Quiritas*. Apud Dionem κυίριται) quasi Euangelista scripsisset κυρίνου ἡγεμονεύοντος, non κυρηνίου, aut quasi κυρήνιος, & κυρῖνος sint vnum & idem. Ad secundum respondeo, veteres Græcos aliter pronuntiasse σκήπων, & aliter σκίπων, sicut certum est eos aliter pronunciasse ἦτα quam iota. Ad tertium dico, nec soni, nec litterarum in deriuationibus semper rationem haberi. Mutant & inflectunt linguæ, quæ ex aliis linguis sumunt, prout oportunum videtur: & si hic probandi modus aliquid efficeret, nullius negotii esset ostendere; υ Græcum sonare vt u latinum; quia sæpissime in u mutatur. Ad quartum respondeo, 1. non constare vtrum huiusmodi scribendi ratio sit ab ipsis Auctoribus, an vero ab imperitis librariis, nam licet apud Plutarchum legatur νομήτωρ, νομήτορος, quis tamen scit, num scriptura hæc manarit à Plutarcho, an ab illo iota & ἦτα permiscendi abusu? Certe apud alios, nominatim apud Halicarnassæum libro 2. legitur & scribitur Νομίτωρ. 2. Græcos sæpe non esse assecutos latinarum litterarum vim & sonum; Quare in eas mutasse, in quas, si quantitatem & potestatem litteræ latinæ spectes, minime oportuit. Vox *superbus* prima breui constat, vt & vox *Numa*, & tamen apud Plutarchum, & alios occurrit passim Ταρκύνιος σούπερβος, Νουμᾶς, & id genus alia. An propterea ου Græcum latino u breui & sono, & tempore æquale censebimus? cum alii Græci non scribant Νουμᾶς, sed Νομᾶς.

Hactenus dictum sit de ἦτα, vt est littera. Addamus nunc aliquid

aliquid de eadem, vt est literarum affectio, seu nota adspirationis, de qua functione Athenæus lib. 9. *οἶμαι δ' καὶ διὰ τοῦ η στοιχείου τυπώσασθαι τοὺς παλαιοὺς δασεῖαν, διόπερ καὶ ῥωμαῖοι πρὸ πάντων τῶν δασυνομένων ὀνομάτων τὸ η προγράφουσι. Arbitror veteres per literam η aspirationis notam formasse. Quocirca Romani omnibus adspiratis vocabulis η præscribunt.* Apud Romanos permanet integra; apud Græcos iam dudum desiit integræ vsus. Ex Golzii antiquitatibus adferunt integræ exempla duo ΗΥΨΑΣ latinè *Hypsas*, nomen fluuii, & ΗΙΠΠΟΝΙΚΩΝ, *Hipponicon*. Olim nota hæc in duas partes secabatur in hunc modum ⊢ ⊣, quarum illa spiritus asperi, hæc lenis signum erat. Exemplum ex nummis adducit Mexerchus, ⊢ΗΡΗΑΚΛΕΩΝ, & ⊢ΗΡΑΚΛΗΤΩΝ.

CAPVT V.

DE IOTA.

IOta hodie sonum suum vtcunque incorruptum retinet; felicior quibusdam aliis, quibus hæc fortuna non obtigit; nisi infelix censeri debeat, quod in ius possessionemque suam etiam reluctans, admittere debuerit tot vocales & diphthongos, vt η, υ, ει, οι, υι, η, vt multo maiore iure litem illis intendere, diemque dicere possit, quam sigma apud Lucianum literæ T. Qua inuasione & impressione in ditionem τοῦ ἰῶτα factum est, vt omnia sint plena iotacismis & amphibolis, dum auditu quis nequit discernere, hocne dicatur an illud, Num *κοινὸς, communis*, an *κυνὸς, canis*, an *κεῖνος, ille, λιμὸς, fames*, an *λοιμὸς, pestis, χριστὸς, Christus*, an *χρηστὸς, bonus, benignus, κυνόμυια, canina musca*, an *κοινόμυια, communis musca.* quod in Exodo & Psalterio ab interprete positum esse arbitratur Beda lib. de Orthographia, sed similitudine soni per incuriam accidisse, vt *κυνάμυια* pro *κοινόμυια* scriberetur. Ex cuius verbis hoc præcipuè obserua, non nouam esse hanc literarum confusionem, cum iam tempo-

ribus Bedæ υ & οι eundem ſonum habuerint communi loquentium conſuetudine. Etiam S. Hieronymus ad Suniam legit *Cœnomyam*.

Porrò cum iota ſit anceps, neceſſariò dicendum eſt, habuiſſe olim duplicem ſaltem ſonum, vt ſupra de alpha dicebamus; alterum exilem, alterum denſiorem, & duplici iota æqualem. In i latino notat Lipſius ſonum triplicem lib. de pronunciat. ling. lat. c. 8 duos in breui; vnum in longo, quod olim non geminabatur, nec apice notabatur, ſed longius producebatur u Ita, u ito, am Icus, regIna, nec aliud inſonabat, quam E I diphthongum. Hinc *capteuei, amicei, caſtreis, ſoceu*, pro *caſtris, ſociis*, & centena talia: Etſi inter omnes non conuenit, quando & vbinam E I ſcribendum ſit loco longi I, de quo vide Lipſium.

Huc pertinet illud Ciceronis ad Pætum. *cum ternei* (terni) *loquimur, nihil flagitii eſt, cum binei, obſcœnum* Reſpicit enim ad Græcum βινεῖ quod latino *bini*, ſeu binei ex amuſſim reſpondet. Itaque I longum tantummodo vocalis erat ſpecie; vi & poteſtate diphthongus ει, quia duplicem ſonum ſimul vno & eodem tempore edebat, quod proprium eſt diphthongorum, non vllius ſimplicis literæ. Sed quidquid ſit de i longo latinorum, iota certè Græcorum etiam productum, nunquam habuit ſonum diphthongi ει. Reprehendit Nigidius apud Gellium lib. 19 c. 14. Græcos, quod ει nulla coacti neceſſitate in vſum receperint, cum iota vicem illius ſupplere potuerit. Verùm non malè Græci, quidquid doctus ille Figulus fingat.

CAPVT VI.

DE O μικρῷ.

VT ε olim dicebatur ει, ita ο appellabatur OY, & vt in illo τὸ ψιλὸν eſt additamentum recentius, ita & in hoc τὸ μικρὸν. Liquet id ex libro decimo Athenæi, vbi quinta vocalis dicitur appellari OY. In eodem libro exſtat aliud huius rei exemplum in hoc diſticho, quod

Thra-

Thrasymachi Sophistæ monumento inscriptum erat.

Τοὔνομα θῆτα ῥῶ. ἄλφα. σαν. υ. μῦ. ἄλφα.

χι. ου. σαν

Πατρὶς χαλκηδών. ἡ δὲ τέχνη σοφίη.

Quibus literis significatur *θρασύμαχος*, vbi literam penultimam vides ου dici, quæ est illa ipsa, cui nunc nomen ὀ μικρῷ. Vitiosè legitur prædictus versus apud Athenæum.

Τοὔνομα θῆτα ῥῶ ἄλφα, σὰν, μῦ. ἄλφα. χι ου, σαν.

Corrigunt quidam.

Τοὔνομα θῆτα. ῥῶ ἄλφα σὰν, οὐ μῦ ἄλφα χι ου, σάν.

Sed magis placet lectio Mexerchi & aliorum, vt sit υ, nam quinta litera in nomine θρασύμαχος non est ο, aut omicron ypsilon, sed tantummodo ypsilon. Quare hoc tantum in versu collocatum oportuit, & cum penultimo loco ponatur ου pro ο micro, probabile non sit quinta statione accipi pro υpsilo.

De eodem more Eustathius init. lib. 5. Iliad. qui cum dixisset ε à priscis vocatum ει προστιθεῖσι τὸ ἰῶτα, ἵνα τῇ διὰ διφθόγγου ἐκτάσει δύνωνται περισπᾶν καὶ αὐτὸ, καθὰ καὶ τὰ ἄλλα στοιχεῖα, *addentibus iota, vt extensione per diphthongum, possint & ipsum circumflectere, sicut alia quoque elementa:* subiungit. Τοιοῦτο δὲ ποιοῦσι καὶ ἐπὶ τοῦ μικροῦ ο, καὶ ἐκεῖνο γὰρ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν ου λέγουσιν. *Tale quid faciunt etiam in paruo o, nam & illud eandem ob causam vocant ου.* Et hac litera ου seu OY pro ο posita, putat Muretus, & alii viri docti, Philippo Regi respondisse Lacedæmonios, & eo respexisse Ausonium his versibus.

Vna fuit quondam, qua respondere Lacones,
Littera, & irato Regi placuere negantes.

Alii ita legunt & referunt hunc Ausonianum versum.

Vna est in nostris, qua respondere Lacones
Littera, &c.

Sed quæ hæc ex nostris literis litera? Lipsius dicit u, hæc enim idem valere, quod ου. Alii sic legunt.

Vna fuit tantum, qua respondere, &c.

Multi n... hic disputant & se mutuo refutant. Mihi

prima lectio maxime placet; putoque parum referre, siue quis dicat à Laconibus ȣ responsumque esse; siue OΥ, quia nudum ο rescribi non poterit, cum nudum ο vt nunc à nobis scribitur negandi vim non habeat. Oportet igitur rescriptam esse litteram, quæ negandi vim haberet; cumque voce ȣ negandi vim habente conueniret; quæ non est alia, quam OΥ seu ȣ, si tamen hoc posterius signum tunc in vsu erat: Litera vna erat, vt dicit Ausonius, quia signum erat literæ ο quæ vtique vna litera, & simul etiam cum aduerbio negatiuo ȣ seu OΥ specie & figura conueniebat. Hinc iocus cuiusdam apud Plutarchum lib. de vitiosa verecundia, qui dicere solebat, Asiaticos vni homini seruire, quod syllabã ȣ pronunciare nequirent, innuens scilicet, nihil aliud ad seruitutis iugum excutiendum necessarium illis fuisse, quam vt dicerent ȣ hoc est, *nolumus seruire.* Ausonius.

Hoc tereti argutoq́ sono negat Attica gens ȣ.

Ergo vt in viam regrediamur, ο olim dicebatur ȣ, seu, quod idem, OΥ. quod testatur insuper Fragmentum quoddam li. 11. Athenæi seu Excerptũ apud Scholiasten Athenæi li. 11. c. 4. ὅτι πάντες οἱ ἀρχαῖοι τῷ ȣ ἀντὶ τȣ͂ ο στοιχείȣ προσεχρῶντο. παραπλησίως δὲ καὶ τῷ ει ἀντὶ τȣ͂ ε. *Omnes veteres vtebantur ȣ loco literæ ο, similiter & signo ει loco literæ ε.* Bene hæc seu Epitome, seu fragmentum. Sed quomodo hęc, oro, cum Athenæi verbis cohærent lib. 11. vbi sermo de scypho quodam, in quo nomen διονύσȣ exaratum erat, quod in Omphala Agæi Tragici vnus Satyrorum hac Periphrasi significat. *Dudum est cum me Dei scyphus vocat. Literam ostendens* Δ. I *& tertiam* O *Etiam* N *adest, neque abest* Υ *vlterius prædicant* (Dei nomen) *duæ literæ* Σ *&* O, vt plenum sit διονύσȣ nomen, vnum à fine υ desideratur. οὐ τȣ́τȣς λείπει τὸ υ στοιχεῖον. inquit Athenæus. *Hic deest litera υ.* ἐπεὶ πάντες οἱ ἀρχαῖοι τῷ ὁ ἀπεχρῶντο, ȣ̓ μόνον ἐφ᾽ ἧς νῦν τέτακται δυνάμεως, ἀλλὰ καὶ ὅτε τὴν δίφθογγον διασημαίνει διὰ τὸ ο μόνον γράφȣσιν, *Omnes Achæi vtebantur ο, non solum ea facultate, qua nunc pollet, sed etiam cum diphthongum significaret, ο tantum pingebant.* Ex Epitomę & fragmento legunt alii ἀρχαῖοι, *antiqui.*

Cæte-

Cæterum, vt ἀρχαῖοι pro ἀχαιοὶ legamus, quomodo hæc ſubſiſtunt cum ſententia Epitomes? Epitomes dicit, & vere dicit, omnes antiquos ȣ vſurpaſſe loco litteræ ο. Ipſe Athenæus ait, veteres non tantum vſos eſſe littera ο. cum ea vi valeret, qua nunc, ſed etiam cum diphthongum ſignificaret, ο ergo ſignum diphthongi erat, ο inquam ſolum & nudum, non adiecta littera, quæ ὑψιλὸν dicitur. Hic enim eſt ſenſus Athenæi, explicantis verſum Achæi, in quo erat διονύσο pro διονύσȣ. At alii hoc negant, litteramque ο ſcriptam ſignatamque à veteribus tradunt per ȣ ſeu OY. Non igitur ȣ ſignificabatur ab ο, ſed potius ο ab ȣ, nam veteres ȣ vſurpabant pro ο, non ο pro ȣ, vt ſupra oſtenſum, indicatque manifeſte Epitome, cuius ſententia vera neſcio quomodo cum verbis Athenæi conciliari poſſit, hic enim non de pronunciatione agimus, ſed de ſcriptione, vetereſque ȣ pro ο, non ο pro ȣ ſcripſiſſe affirmamus; cuius rei exemplum adfert etiam Sylburgius ex Manuſcripto Codice Zoſimi, vbi θεοδώρȣ quatuor primæ deſignantur litteræ. *φανῆναι ἐν τῷ τρίποδι γεγραμμένα θῆτα καὶ ει, καὶ ὑπὲρ τȣ́τοις δέλτα. Apparuiſſe in tripode θ, & ει, & ȣ, & prater hæc alta delta.* Vbi ει pro ε, & ȣ pro ο ponitur, vt fit in nomine θεοδώρȣ. Quid ſi quis locum Athenæi capiat nō de ſcriptione, ſed de pronunciatione, quaſi ο ſonuerit vt ου non modo cum diphthongi vim, ſed cum ſuam propriam vim haberet. Sed hoc dici non poteſt; quia verſus Achæi de ſcriptione agunt, non de pronunciatione; nam vt in Epitaphio Traſymachi loco ο erat ου, ſic in populo illo litterato, cuius Achæus in ſuis verſibus meminit, ſcriptum erat ο pro ȣ διονύσου pro διονύσȣ.

Ego, quia hic me non expedio, gradum ad ſonum facio, qui olim duplex erat, cum ο breuis & longæ vocalis officio adhuc fungeretur, exilis & craſſior, ſicut in alpha, poſterior ο geminato indicabatur, vt & in latino *Moorem, moorus* pro *morem, morus*. Sed & ο productum ita ſignabant o o teſte Mureto, vnde effectum eſt ad ſcribendi celeritatem illud, quo hodie vtimur ω. Et nec ω nomen μέγα nec breue illud ο nomen μικρὸν adiunctum habebat

etiam Platonis tempore, quod disertè in Cratylo scriptum. Veteres ergo, nondum reperto ω, scribebant ἔρος, vel certè ἔρος pro ἔρως, τῷ γὰρ ο, inquit Plato, ἀντὶ τοῦ ω ἐχρώμεθα. *o enim vtebatur pro ω.* Sed & ante inuentum ω scribebant τοῖ λαοῖ pro τῷ λαῷ, inquit Muretus. τοῖ λόγοι pro τῷ λόγῳ. Vnde apud Euripidem in Phœnissis τοῖ ἐκγόνοι pro τῷ ἐκγόνῳ.

Quidam tradunt ο micron sonuisse olim inter cætera etiam vt u latinum; hinc Græcos nomina latina per u scripta, exprimere litera ο. *Publicola, Numitor, Fabius,* ποπλικόλας, νομίτωρ, φάβιος, & latinos ο Græcorum suo u ὀδυσσεύς. *Vlysses.* Verùm hæc rem non faciunt certam: quia in translatione vocabulorum sæpè non tam eiusdem soni, quàm, vt sic dicam, assonantis soni; quantitatis, temporis, & commoditatis ratio habetur. Quia enim *Numitor*, v.g. prima breui, & tempore breui constat, scribi à Græcis non potest, seruata vt par est, eadem quantitate, & eiusdem temporis mensura, nisi per ο aut υ, nam si per υ suo natiuo sono præditum, exprimerent, nec à quantitate, nec à temporis ratione deflecterent, vt fieri necesse esset, si ου adhiberent, quod secundum hodiernam pronunciationem nostro u respondet. Propterea Græcis est νυμᾶς, *Numa*, & νομᾶς, rarius νουμᾶς. Et cum Græcos nomino, non istos recentiores, quorum pronunciatio corrupta & vitiosa, sed antiquos, intelligo: Nam isti recentiores omnia confundunt sine scrupulo; etsi veteres quoque satis multum in his sibi permiserunt.

CAPVT VII.
DE Υ ψιλῶ.

VOcabulum ψιλὸν literæ huius appendix est, qua olim carebat, vt supra de ε & ο ex Platone, & Athenæo dicebamus. Pronunciatur hodie vt Iota, certum, quod contra veterum morem & legem, quibus sonabat, vt u latinum tenue & exile, vnde & ψιλοῦ cognomentum. Latini hanc

hanc literam non habent, aut si habent, non habent vt ciuem, sed vt peregrinam, cum litera u & vicem & vocem eius subeat. Terentianus.

Tertiam Romana lingua, quam vocant Υ non habet.
Huius in locum videtur u *latina subdita,*
Quæ vicem nobis rependit interim vacantis Υ.
Quando communem Latino reddit & Græco sonum.

Nec specie valdè abit nostrum u seu V à figura υ. Quemadmodum autem u Latinum, instar aliarum vocalium latum habet sonum, cum producitur; tenuem, quando corripitur, ita & Græcum Υ cum breue est, accedit, imò & exprimit u breue & tenue; vt tunc vere ψιλὸν dici possit; & cum longum est seu quantitate, seu tempore, seu ambobus; accedit imò & exprimit u latinum & crassum; nec magis dici potest tunc ψιλὸν, quam Eta seu E longum dici possit ψιλὸν, quia si ψιλον esset, longum non esset. Quocirca in his vocibus κυπάρισσος, κύμινον exiliter pronunciatur, quippe corruptum, vt & in his latinis u latinum. *Cupressus, cuminum* crassius & latius in his: μῦς, σῦς, ὗς, vt in his latinis: *mus, sus*, quasi *muus, suus*.

Sed hinc existit dubitatio, cur υψιλὸν, non sit gemina litera sicut εψιλὸν. Videtur enim dici ψιλὸν ad distinctionem cuiusdam alterius υ, sicut ε dicitur ψιλον, vt distinguatur ab Eta, & ο μικρὸν, vt secernatur ab O magno. Respondeo negari non posse, quin vt E & O duplicata sunt, sic etiam duplicari potuisse υ, imò non tantum υ, sed & *iota* & *alpha*, ita vt alterum diceretur ψιλὸν, alterum δασὺ, seu μέγα, seu quocunque alio nomine, illudque in breuibus, hoc in productis syllabis locum teneret: at cur hoc factum non sit; alia caussa reddi nequit, quam quia priscis illis necessarium non est visum breues literas υ, & iota, & alpha ab iisdem cum longæ sunt, figuris & notis diuersis discriminare, vt in E & ο accidit; licet reuera discriminari potuissent; & potuisse satis indicat vox ψιλὸν ad υ adiecta: υψιλὸν enim ab alio quodam distinguit, nempe à lato, crasso & producto; licet propriam & separatam sedem in Alphabeto non obtineat.

Porro υ pronunciandum esse, vt u latinum, multis argumentis tum ex auctoritate, tum ex ratione ductis ostendi potest. Nam primò id tradunt veteres. Ex quibus satis erit aliquos nominasse. Primus esto Terentianus Maurus, cuius versus paulò ante dedimus. Secundus Vetrius Flaccus, qui, vt Velleius Longus docet, existimauit eandem esse apud nos u literam, quæ apud Græcos Υ, nam illi κύμινον, nos *Cuminum*; illi κυπάρισσον, nos *cupressum*. Illi κυβερνήτην, nos *gubernatorem*. Idem probatur ex Græcis nominibus, quæ in ευς exeunt, vt θησεὺς. πηλεὺς, *Theseus*, *Peleus*, vbi υ Græcum mutatur in u Latinum. Deinde Græci u breue latinum plerumque reddunt per υ, si quando latina vocabula suis elementis pingunt. vt *Romulus*, ῥωμύλος, *Numa*, Νυμᾶς. Etsi me non fugit Græcos præsertim posteriores u latinum, etiam breue, crebro per ȣ reddere. Adhæc ipsi Latini υ Græcorum exprimunt per u, vt iam ex Vetrio Flacco audiuimus, quanquam fateor, hoc argumentandi genus non esse admodum efficax & firmum, vt sub finem capitis superioris notabamus.

Validior est ista ratio. Si υ idem valeret, quod Iota, tunc Latini non carerent υψιλῷ, quia Latinum i æquiualet Græco iota; sed Latini carent υψιλῷ, vt tradunt veteres Grammatici, inter quos Q. Terentius Maurus. *Y literam superuacuam Latino sermoni putauerunt, quoniam pro illa u cederet: sed cum quædam in nostrum sermonem Græca nomina admissa sint, in quibus euidenter sonus huius literæ exprimitur, vt hyperbaton, vt hymnus, & hyacinthus & similia in iisdem hac litera necessario vtimur,*

Secundò, Nisi υ distinguatur sono à iota, ἦτα, οι, ει. & aliis, necesse est omnia amphiboliis & ambiguitatibus impleri. Quis enim intelligat, si audiat οὗτος ἐστιν ἡμέτερος, num velit dicere: *hic est vester*, an *hic est noster*, si υ pronuncietur vt ἦτα, & hoc vt iota. πάτερ ἡμῶν. *Pater noster*, an *Pater vester*. Si quis audiat hanc vocem οἶνος, ex sono diiudicare non licebit, quo charactere sit signanda, num υ, num ει, num οι, num η, num υι. quandoquidem omnibus his vocalibus & diphthongis hodierna pronunciatio

ciatio eundem ſonum vitioſè tribuit. Nec inde rectè colliges υ ſonare vt Iota, quod pro *ſylla*, v. g. *ſyllaba & inclytus* ſcribi aliquando ſoleat *Silla*, *ſillaba*, *inclitus*; nam fortè hæc ſcribendi ratio non eſt adeò antiqua, & potius à ſculptura, aut ſcalptura, quam ab eruditorum ſchola: deinde, quia Latini vocabula, quæ ex Græcia petunt, iure ſuo nonnihil immutare poſſunt literis & ſono. Quis dubitat, quin latinum *Calix*, deſcendat à Græco Κύλιξ vt & *Nox* à νὺξ, *Mola* à μύλη, & tamen hæc omnia non ſcribunt, aut efferunt latini per υ, ſed per alias ſuas literas.

Nec mihi probatur illa quorundam ratiocinatio, qui literas eundem ſonum ideo duntaxat habere volunt, quod altera pro altera in eodem vocabulo poni ſoleat, vti & u. u & o, quia ſcribimus & dicimus *optimus*, *optumus*, *maximus*, *maxumus*. *Frundes*, *frondes*, *dederunt*, *dederent*, *ſeruus*, *ſeruos*. *Seruum*, *ſeruom*. Ego hanc & ſimiles varietates potius ad varias dialectos referendas cenſeo; ex quibus eundem literarum ſonum nullus iure extundat, alias apud Græcos quoque η & alpha eodem ſono conſtarent; quia φήμη Doribus eſt φάμα item αυ & ων, quia θαῦμα Ionibus eſt θῶυμα. Habuiſſe autem Latinam linguam iam olim ſuos dialectos, quis tam imperitus eſt, qui ignoret? Nec conſiſtit Dialectus in ſolis literis eiuſdem vel aſſimilis ſoni, ſed prorſus etiam diuerſi, quod notius eſt, quam vt pluribus ſit oſtendendum. De figura τοῦ υ ſic Auſonius.

Pythagora biuium ramis patet ambiguis Y.

Vitabatur olim à latinis, vt & φ. Hinc apud Ennium, teſte Cicerone in Orat. *Purrus*, ſeu *Burrus*, pro *Pyrrhus*. *Fruges* pro *Phryges*.

CAPVT VIII.

DE Ω MAGNO.

Ω Μέγα nomen hoc accepit comparatione ad alterum, quod μικρὸν dicitur. & vt τὸ μικρὸν additamen

tamentum quoddam est ad ο, ita & τὸ μέγα ad ω, vt ex Platone & Athenæo liquet; valetque duplex οο, vnde & sonus eius crassior, & densior. ῥώμη, quasi ῥοόμη μωρὸς, quasi μοορὸς, βωμὸς. βοομὸς. Quod & in latino o longo vsuuenit, vt in his exemplis, *voocem, ooram, pratoorem*, pro *vocem, oram, pratorem.* Latinum o adsonate ω Græcanico magno & eorundem o exili docet etiam Ausonius isto versu.

Ω quod & o Gracum, compensat Romula vox o.

Sic enim Lipsius recte emendat. Nam aliorum lectionem, quî feras? *ω quod & υ Gracum*, nam quis vnquam dixit latinum o habere sonum Græci υψιλοῦ Alius: *ω quod & υ.* Nihilo melius. Non enim verum planè o Latiale valere, quod ου Hellanicum. In Apocalypsi cap. 1. dicit Deus seu Christus de se. *Ego sum α & ω*, ἄλφα διὰ τὸ ἀρχὴν εἶναι, inquit Arethas, ὅτι καὶ τὸ ἄλφα ἀρχὴ τῶν ἐν γράμμασι στοιχείων, ω διὰ τὸ τέλος τῶν ὄντων. *A Alpha eo quod sit principium. Quia & alpha literarum principium est, ω, quia finis rerum.*

CAPVT IX.

DE DIPHTHONGIS ET PRIMO DE αι & αυ.

Diphthongos interpretatur Lipsius ad verbum *biuocales*, si nouiter, nunquid ineptè? Ex ex vocalibus binis sic conflatæ sunt, vt transeant in sonum vnum, sed in quo reliquiæ soni vtriusque. Hæc enim ratio diphthongi est (loquor autem de diphthongo propriedicta) vt duplicem sonum edat, & si duplicem sonum non edit, iam non est diphthongus, sed monophthongus, atque adeo vocalis. *Et sonos vtrosque iungit*, ait Terentianus. *vnde diphthongos eas Graia dicunt Magistri: qua d dua iuncta simul syllabam sonant in vnam, vique gemina pradita semper effectum duorum temporum custodiunt.* In harum pronunciatu grauiter peccatur, vt & in effatu quarundam vocalium,

calium; neque recens est hoc vitium; sed ab aliquot seculis; quippe iam tempore Eustathii vbique inter Græcos diffusum & propagatum, quod clarum ex commentariis éius in lib. 1. Iliad. ad illum versum ὂν βελέων κηλέεσσι θεοί. Vixit autem Eustathius anno à nato Christo M.C.LXXX. si vera scribit auctor Apologetici pro veteri ac germana linguæ Græcæ pronuntiatione.

Imo iam tempore Constantini Copronymi Imperatoris legitimam pronuntiationem ex vsu abiisse docet lepida illa de Niceta Pseudopatriarcha Constantinopolitano, homine indoctissimo historiola apud Glycam, p. 4. Annal. qui *cum aliquando Euangelium in cellula sua recitaret, pro eo, quod dicendum erat; Ex Euangelio secundum Matthaeum: pronunciauit ex Euangelio secundum Matthaium. Ibi quodam ex adsistentibus subiciente, noli ae diphthongum diuidere, nugaris ait, quadam cum iracundia. nam quæ geminos & trinos sonos habent, anima mea vehementer odit.* Vellem verba Glycæ reddere liceret, non interpretis, nam cum Nicetes ille Græce legerit, vtique κτ̄ ματθαῖον, legit; vt vtraque diphthongi vocalis audiretur. Quod cum repugnaret mori, qui tunc inualuerat, monitus est à quopiam ne diphthongum αι diuideret, nisi quis contendat ideo monitum fuisse, quod ex trisyllabo ματθαῖος, fecerit quadrisyllabam, soluta diphthongo, quasi ματθαΐος.

Sed vt ad institutum veniamus, pronunciatur hodie αι vt e, sicut apud Latinos æ, quis ambigat, quin vitiosè? Quomodo enim diphthongus est παῖς, aut *Musæ*, si sonat illud vt πὲς, hoc vt *Muse*? vbi hic geminus sonus, qui si absit diphthongus non erit? Quis igitur verus & legitimus huius diphthongi sonus? Plerique dicunt, quod is, qui in his vocibus, vt latine nunc efferuntur, *Maia*, *Aiax*. Ita enim efferimus, vt tam a quam iota audiatur, nec tamen duas, sed vnã syllabam constituant. Germani multi idem obseruant in voce καῖσαρ quæ illis Keyser. Verum clarissimo Lipsio videtur sonus hic subrusticus, nimisq; vastus, putatq; mollius olim sonuisse, ita vt nec α integrum, nec iota integrum, sed quid

quiddam ex vtroque mixtum & temperatum audiretur, qualis ſonus in hac gallica voce paix. *pax*, Fais, *onus*. Iamais, *nunquam*. Vſurpabant veteres latini diphthongum Græcam *αι* loco æ, hinc in antiquis monumentis *Aimilia*, *aira*, *Ailius*, *Paitus*, *Laitus*, & id genus alia pro *Æmilia*, *ara*, *Ælius*, *Pætus*, *Lætus*. Et apud Virgilium *Aulai*, *pictai*, pro *aulæ*, *pictæ*. apud Lucretium, *patriai*, & plura talia, pro *patriæ*. Qua in re varia olim conſuetudo fuit, vt docet Quintil. lib. 1. cap. 12.

Cæterum *αι* pronunciandum eſſe vt ε probat Stephanus Vintonienſis in epiſtola ad Anglum quendam, ex Theone Sophiſta, qui pro exemplo amphiboliæ hęc duo adfert, *αὐλητρὶς πεσοῦσα ἔστω δημοσία*. Et, *αὐλητρὶς παῖς οὖσα ἔστω δημοσία*. Vbi *πεσοῦσα ἀδιαίρετον*, & *παῖς οὖσα διῃρημένον* eodem modo ſonant, alias nulla amphibolia eſſet. Sed alii non male notant ambiguitatem non in hoc verbo conſiſtere, ſed in illo *αὐλητρὶς*, vt coniunctim ſit *αὐλητρὶς*, diuiſim *αὐλὴ τρὶς*. Idque probant ex Laertio in vita Zenonis, vbi ad hoc dictum alludit, *αὐλὴ τρὶς πέπτωκεν*, & ex Quintiliano lib. 7. cap. 9. quo loco ambigui genera his verbis, præter cætera enumerat. *Alterum eſt, in quo alia integro verbo ſignificatio eſt, alia diuiſo, vt in genua, arma mentum & cor vinum, inepta ſane cauillationes, ex quo tamen Græci controuerſias ducunt, inde αὐλητρὶς illa vulgata, cum quæritur, vtrum aula quæ ter ceciderit, aut tibicina ſi ceciderit, debeat publicari.* Ergo ſcriptura illa in Theone *παῖς οὖσα* deprauata eſt, & vtroque loco legendum *πεσοῦσα*, vt ambiguitas conſtituatur in voce *αὐλητρὶς*. Hæc de *αι*.

Ad *αυ* quod attinet, efferenda ea eſt eo ſono & modo, quo effertur in his latinis vocibus, *aura*, *aula*, *auſterus*, *Taurus*, *Caucaſus*, *Claudius*, *Fauſtus*, *Paulus*. Scribit Lactantius lib. de opificio Dei, cap. 8. vocem dici à Græcis *αὐδὴν* ab auditu per immutationem literæ, & hinc *aures velut audes eſſe nominatas*. Ex quo perſpicuum fit, *αυ* tunc pronunciatum eſſe, ſicut nunc *au* effertur in dictionibus *aurum* & *audio*. Nec obſtat nobis locus ille Ciceronis lib. 2. de

2. de Diuinatione; *Cum Marcus Craſſus exercitum Brunduſii imponeret, quidam in portu caricas Cauno aduectas vendens, Cauneas clamitabat. Dicamus ſi placet, monitum ab eo Craſſum, caueret ne iret, non fuiſſe periturum, ſi omini paruiſſet: quas ſi ſuſcipiamus, pedis offenſio nobis, & abruptio corrigiæ, & ſternutamenta erunt obſeruanda.* non obſtat inquam iſte locus, quia verbum *Caue* non efferebatur tunc eo modo, quo nunc à pleriſque efferri ſolet, quaſi eſſet *cafe*, ſed ad eum ſaltem aliquatenus modum, quo in ipſa voce *Cauneas*. Cæterum in voce *Cauneas* litera u pars diphthongi au, nam Græce ſcribitur καῦνος ſicut in his vocibus *aura*, *aula*, ad cuius ſonum illud u in verbo *caue* aliquo modo accedit, ſi recte pronuntietur.

CAPVT X.

DE DIPHTHONGIS

ει, ευ, οι, & ου.

EI hodie à iota non diſtinguitur, manifeſto errore, cùm diphthongus eſſe nequeat, niſi geminum ſonum reddat. Sonare ergo debet ita, vt vtraque vocalis, ex qua conſtat, audiatur, qui fit in his vocibus, *eia*, εἶα, *Hei*, & in Germanicis mein / dein / ſein. Latinis olim eadem diphthongus in crebro vſu erat; vt diximus cap. 6. tam in nominibus, quam verbis, aliiſque orationis particulis. Vt enim εἰδοῦς ſcribunt Græci, ſic etiam *Eidus* latini veteres: Itemque *Meiles, meilitia, peila*, apud Quintilianum & Victorinum citata ex Lucillio, quibus ex Golzii antiquitatibus adde *Deina, Leibertas, deicito, Serueilius*. Sic inflexione pariſyllaba genitiuo ſingulari, tabula vetuſta ſcribit: *QVOD. EIVS. AGREI. LOCEI. PVBLICVM. POPVLEI. ROMANEI. ERIT.* Licet Nigidius apud Gellium caſu multitudinis recto cum diphthongo ſcribi velit. *amicei, bonei*, at genitiuo ſingulari, *amici, boni*, abſque diphthongo. Faſtorum libri: *triumphatum*

phatum de Sabineis, de Etruscis. In tertia declinatione antiqui lapides. *PRÆCONEI. VIATOREI EIQVE OPEREI.* Lucillius. *Mendacei furei.* Vario apud Charisium *Eclogas ex Annalei descriptas.* Et in accusatiuo plurali. *parteis, omneis, plureis, naueis.* Et in verborum finibus. *VIAM FECEI ET PONTEIS IN EA POSEIVI.* Imo tantus erat huius diphthongi vsus, vt etiam loco i aut e breuis scriberetur. Hinc in priscis tabulis: *Leiteras, quasei, sibei, vbei, seine* pro *sine. AB FONTEI* pro fonte, de quibus legantur Lipsius & Sylburgius.

EY vulgo effertur, quasi esset eff, cum tamen pronunciandum sit, vt pronunciatur in his vocibus *Eurus, Euripus, Eusebius, Teuto, euge.*

OI pronunciatur vt iota. perperam. Rectè latinè effertur à nobis in hac voce *Troia*: vtraque enim vocalis sonare debet, alias diphthongi nomen tueri nequit. Aliter sonet necesse est λιμὸς, *fames*, aliter λοιμός, *pestis.* Eadem diphthongo vtebantur olim latini pro œ. Hinc apud Martianum Capellam, *oinone* pro *oenone*: & *proilium* pro *proelium*, in vetusto quodam Plauti Codice, teste Mureto. Vsurpabant etiam pro u. sic *oitier* pro *vtier* apud Victorinum, *oitile* pro *vtile, coirauit, moinicipium, oisus*: pro *curauit municipium, vsus*, apud Lipsium ex antiquis monumentis. Sic diphthongo Latina œ sæpe vtebantur pro u. *mœnera, munera, mœros, muros, œsum, vsum.* Ob has & alias caussas existimat Lipsius diphthongos oi, œ, & vocalem u lenem respondentem τῷ υ ψιλῷ eiusdem fuisse soni, me tamen lente approbante. Nam quis non videt apud Victorinum legendum Hulas, non Hoelas, nisi quis etiam Dsephoetus pro Dsephurus apud eundem legendum contendat. *Literæ peregrinæ sunt*, inquit Victorinus. *ζ & υ, quæ propter Græca quædam assumptæ sunt, vt Hylas, Zephyrus. Quæ si non essent, Hulas & Dsephurus diceremus* Et illud ex Dionis Nerone πυθιηγῃ νίηγῃ, & ποιηγῃ, subsistit etiam cum diuersitate aliqua soni, quæ necessario admittenda. si υ vocalis tantum est & specie & valore; at οι vel œ diphthongus tam specie, quam valore, siue diphthongum ita enunciemus,

mus,

mus, vt vtraque vocalis plene & perfecte audiatur, siue quod Lipsius magis probat, ita, vt ex vtraque vocali mixtus quidam sonus efficiatur.

OY effertur hodie vt u malè. Quia diphthongus est: oportet ergo vt geminum sonum sonet: ita vt & ο & υ audiatur, siue perfectè, siue mixtim & temperatè. Olim Latinis etiam hæc diphthongus in vsu erat Victorinus. *Nostri etiam quoties eiusdem soni longa syllaba scribenda esset, & ipsi u adiungebant o literam.* Inde scriptum legimus *Louçretios, Nountios, Loumen.* Sic apud Festum *Oufentina tribus* Et in veteri tabula: *INDOVCEBAMVS, COVRATO,* & id genus alia apud Lipsium. Aliquando ea ipsa diphthongus per u breui posita reperitur. *SOVOM, SOVO, suum, suo*, de quibus consulatur Lipsius. Quod Græci pro u Latino scribunt suum ȣ, id non iure factum, nisi quod postquam vocalium & diphthongorum sonus confusus est, omnia licuerunt. Etsi video apud antiquos etiam scriptores hanc confusionem reperiri. Hinc *Numas*, Plutarcho est Νουμᾶς, *superbus*, ζούπερβος, vbi u breue redditur per ȣ & sono & tempore aduersante. Sed quis scit, num hæc ab ipso Plutarcho fluxerint? Nec illud placet, quod quidam tradunt, duplex u æquiualere τῷ ȣ Græco, quia duplex u non biformem, sed vniformem sonum habet; sicut duplex *alpha*, aut duplex e, licet habeat sonum repetitum seu geminatum. *Murus* quasi *Muurus*, aut si loquuntur de u consonante, quod alioqui sonare aiunt, vt vv in his vocibus Germanis wein/ waal/ id æquè à vero remotum, quia huiusmodi duplex vv est consonans, quomodo igitur sonum eius verè exprimere potest diphthongus?

CAPVT XI.

DE DIPHTHONGIS IMPROPRIIS.

Diphthongi impropriæ sunt istæ, ᾳ ῃ ῳ, ηυ, υι, ωυ. De pronunciatu trium priorum sunt, qui ita statuant,

tuant, non aliter pronunciandas esse, quàm vocales, a longum, η & ω, punctulum enim siue iota subscriptum nihil prorsus ad pronuntiationem facere, ac proinde diphthongos esse non sono, sed scriptione, imò ne scriptione quidem, si rem penitius introspicere velimus; cum punctum non soleat in literis numerari; quamuis hoc non obstet, quia licet punctum non sit litera, literæ tamen vicem subit; hinc etiam iota subscriptum nominatur; & si literæ illius, quæ punctulum hoc subscriptum habet, diæresis fiat, in iota resoluitur, πατρῷος, πατρώϊος, μητρῷος, μητρώϊος, vt & tunc cum punctum non sub litera, sed ad latus literæ ponitur αι ωι.

Quærat quis: si punctum subscriptum nihil ad pronuntiationem conducit, quare igitur subscribitur? Nonnulli dicunt, id ideo fieri, vt casus eiusdem alioquin terminationis distinguat, vt τῷ λόγῳ datiuum singularem à recto duali τὼ λόγω, τῇ ἡμέρᾳ à recto ἡ ἡμέρα & à duali τὰ ἡμέρα, τῇ τιμῇ à recto τιμή. Item vt intelligamus, ex quibus vocalibus facta sit contractio. nam βοᾷς & βοᾷ cognoscimus propter iota subditum, contracta esse ex βοάεις, βοάει. Adhæc si iota subscriptum in ῳ proprium sonum edebat, caussæ nihil apparet, cur Attici ad datiuum huius pronominis τούτῳ adiecerint aliud iota, τουτῳί.

Alii admodum verisimile arbitrantur, etiam in his diphthongis iota olim fuisse pronunciatum; nec alio fine, quam pronuntiationis caussa has diphthongos repertas fuisse. Id colligunt primo ex ipso diphthongi, hoc est, *bisona*, nomine. Cur enim diphthongi dictæ, si sono nihil ab alpha simplici, aliisque distant? Secundo, quia olim non subscribebatur, sed iuxta apponebatur, minore tamen forma, & ferme dimidiata, quæ scribendi consuetudo in maiusculis duntaxat remansit. Liquet id ex Dionysio Halicarnasseo, libro de verborum compositione, & ex Quintiliano lib. 1. cap. 12. vbi dicit. *Literam non solum datiuis casibus in parte vltima* (Græci) *adscribunt, sed quibusdam etiam interponunt, vt in* ληιστής. Quibus verbis significat ληιστὴς scripsisse veteres, non, vt nunc, λῃστής.

ληςὴς. Cur autem ad latus literæ iota adiunctum eſt, ſi penitus nullum ſonum edebat, ſi omnino otioſum erat? ne tamen ſonus propriarum diphthongorum cum impropriis confundatur, addunt, iota in his diphthongis valde obſcurè & exiliter efferri, & ad hoc ſignificandum minuſcula forma pingi, τῇ ἡμέρᾳ, τῷ Αἰνείᾳ, τῷ λόγῳ, τῷ δήμῳ, longamque vocalem præcedentem ibi dominari, & ſua mora id efficere, vt iota non niſi tenuiter admodum ſonet; non tam plenè, vt in diphthongo propria αι, & hoc diſcrimine caueri propriarum & improptiarum confuſionem, præcipue in αι & ᾳ.

Præterea ſicut Græci vſurparunt duas iſtas diphthongos ηυ & ωυ, vt opponerentur mora & tempore his duabus ευ & ου, nam in his prima litera breuis eſt, in illis longa: ita reperiſſe videntur ῃ & ῳ, vt mora & tempore opponerentur τῷ ει & οι, quarum primæ literæ breues ſunt, cum in ῃ & ῳ, ſeu ηι & ωι ſint longæ. Quemadmodum ergo in ηυ & ωυ, item ευ & ου duplex ſonus auditur, quia priores his poſterioribus opponuntur, ita duplici ſono conſtare debent ῃ & ῳ quia τῷ ει & οι opponuntur. Quod pari ratione de ᾳ affirmari poſſet, ſi certum eſſet alpha in αι ſemper eſſe breue; Tunc enim dicere liceret ᾳ opponi τῷ αι mora & tempore, ac proinde ſicut αι, ita etiam diphthongum ᾳ duplicem ſonum edere; qui à ſe mutuo non diſtinguantur, niſi quod in αι a exilius & lenius: in ᾳ craſſius & latius ſonat, vtpote duplici tempore conſtans, in quo mora longior neceſſario facienda eſt, quæ etiam vim τοῦ iota ſubſcripti aut adſcripti infringit; vt longè exilius ſonet, quam in αι.

Controuerſia hæc admodum obſcura eſt, cum in vtramque partem rationes probabiles adduci poſſint. Nos rem in medio relinquimus, vt quod quis vult, id amplectatur. Hoc fixum ratumque maneat, ex diæreſi diphthongi impropriæ, æquè duas ſyllabas naſci, ac ex diſſolutione propriæ. θρῇσσα, θρήϊσσα, ἥρῳος, ἡρώϊος, μινῷος, μινώϊος. ᾅδης, ἀΐδης ληςὴς, ληϊςής. ſiue iota ſubſcriptum ſono aliquo præditum fuerit, ſiue non. In antiquis certe codicibus calamo

exaratis hoc iota siue subscriptum, siue ad latus adscriptum, crebrò negligitur, quemadmodum & ab ipsis Græcis Doribus & Æolensibus; vt vulgò quidem Grammatici tradunt. Fortè quis suspicari posset, illud apud Virgilium *aulai* esse diæresin à Dorico τᾷ αὐλᾷ pro τῇ αὐλῇ, sed non est ita. nam *aulai* apud Virgilium est patrius casus, qui Doribus τᾶς αὐλᾶς, & vt maximè dandi casus esset, tamen cum diæresis illa non tantum vsitata sit in vocibus Græcis, sed & latinis, vt *patriai*, *frugiferai*, dicere oportet, ac diphthongum latinam olim scriptam instar Græcæ Αι. & ex eius diæresi *aulai*, *pictai*, & id genus alia prouenire.

Tres alias diphthongos ηυ υι ωυ diximus in Grammatica esse diphthongos proprias, quippe duplicis soni, si legitima pronuntiatio obseruetur. Annumerantur impropriis, propter Cacophoniam, vt quidam volunt. Ει gone sonat non vt *if*, sed vt *eeu*. Hinc εὔχομαι, ηὐχόμην, *eeuchomeen*, non *ifchomin*. nec differt ab ευ, nisi tempore & mora pronunciandi. υι sonat vt *vi*, in hac voce *cui*, quando est monosyllaba. ἅρπυια, *Harpuia*: non *Harpia*, κυνόμυια, *Cunomuia*, non *Cynomia*. A Latinis seruari solet hæc diphthongus, Harpyia. Etsi non rarò occurrit, *Harpyia*, *Ilithya*, *Orithya*, pro *Harpyia*, *Ilithyia*, *Orithyia*. Sic & veteres Græci simplex υ scribebant loco υι. Athenæus lib. 11. παραπλησίως δὲ καὶ τὸ υ γράφουσιν, ὅταν καὶ κατ᾽ αὐτὸ μόνον ἐκφωνῆται, καὶ ὅταν ζευγνυμένου τοῦ ἰῶτα. *Similiter & υ scribunt, tam cum per se effertur, quam cum iuncto iota.* Etsi longè alia hic Epitomes Athenæi lectio. παραπλησίως δὲ καὶ τῷ ει ἀντὶ τοῦ ι.

Ωυ Ionicis scriptoribus frequens est, vt θωῦμα pro θαῦμα, ὠυτὸς pro αὐτὸς, & id genus alia. Profertur vt ου, sed sono vastiore quasi *oou*, non *of*, vt vulgus, nec aliter nisi tempore ab ου discrepat.

Finio de diphthongis, si hoc adiecero Orum Grammaticum Alexandrinum, qui Constantinopoli docuit, inter cætera ingenii sui monumenta reliquisse itidem commentariolum περὶ τῆς ει διφθόγγου, teste Suida, & ὀρθογραφίαν περὶ τῆς αι διφθόγγου. Et Messala quosdam totos libros

non

non de verbis modò singulis, sed etiam literis dedit, vt scribit Quintilianus lib.1.c.12. Et Adamantius Martyr, seu, vt alii vocant, Martyrius, integrum librum hoc titulo & argumento scripsit de u & b literis, cuius Excerpta in Cassiodori Orthographia exstant.

CAPVT XII.

DE CONSONANTIBVS, ET PRIMO DE βῆτα, γάμμα, δέλτα.

PRima ex consonantibus occurrit βῆτα. quæ vulgò *vita*, duplici errore, tum quia η pronunciatur vt iota, tum quia β vt u, cum tamen efferendum sit vt b latinum, quod I. ipsa figura satis indicat. II. versiculus ille Ausonianus.

Diuiduum Beta Monosyllabon Italicum B. Ideo *diuiduum*, inquit Lipsius, quia media illius & prima parte effertur Be. Taceo ipsum nomen alphabeti. Quis enim vnquam audiuit *Alphauitum?* III. Idem liquet ex illo Ciceronis ad Pætum *bini* & βίνει. significat enim b in his duabus dictionibus eodem modo sonuisse. IV. Idem testatum fit ex Cratino, qui βῆ, βῆ, ait esse vocem ouium, quarum certè est *bê, bé*, non *ve, ve*, multoque minus *vi, vi*, Eustathius in Homerum. β. μιμητικὸν τῆς τῶν προβάτων φωνῆς. β imitatur ouium vocem. Et Varro nostrum *Balare*, deductum ait ab illa ouium voce be, hinc oues à Græcis potius βῆλα, *Bela*, quam μῆλα vocandas fuisse: vox enim earum, inquit Varro, non *Mee*, sed *bee* sonare videtur. Græcis βληχεῖν & γληχᾶζ est *balare* ab eadem origine. V. non leue argumentum inde sumitur, quod latina per b scribi solita, scribunt Græci per β. vt *Brutus*, βροῦτος, *Tiberius*, τιβέριος, & millena alia. Sic Latini voces à β inchoatas, quas ex Græcia sumpserunt, per suum b signant, βοῦς, *bos*, βραχίων, *brachium*, βαλανεῖον, *balneum*.

Scribunt quidem Græci nonnulla per β, quæ Latini

per u consonantem, vt βιργίλιος, βαλήριος, σεβῆρος, σέρ-
βιος, βῆρος, βεστιάριον, & plura talia , pro *Valerius* , *Virgi-*
lius, *Seuerus*, *Seruius*, *Verus*, *Vestiarium*. Sed hæc veræ sen-
tentiæ nihil officiunt. I. quia necessitate coacti ad β de-
uenerunt, cum nullam habeant literam, quæ u consonan-
tem exprimat. II. Licet ȣ aliquo modo videatur exprime-
re, non tamen exprimit; vocemque necessario vna syllaba
auget, cum nequeat esse consonans, ȣάλης enim trium syl-
labarum est Græcis hac scribendi ratione, quod latinis est
duarum *Valens*. ὀκταȣ̈ιος, quinarum, quod nobis quaterna-
rum. III. Ipsi Græci illa ipsa nomina sæpe non per β sed per
ȣ scribunt. ȣαλήριος, ȣεργίλιος, ȣεσπασιανὸς, & in Golzii
antiquitatibus ter tantum CEBHPOC, duodecies CEO-
YHPOC scribitur, vt ait Sylburgius. Et apud Plutarchum
σέρβιος & σερȣ̈ιος, apud Strabonem βενεȣ̈εντον, apud alios
βενέβεντον: vt satis appareat ipsos Græcos β non tam consi-
lio, quam necessitate elegisse, nec etiam ad φ confugere vo-
luisse, cum literæ huius sonus ab u consonante longissime
abeat. Nec mirum Græcos aliquando β pro u substituis-
se, cum & latini non raro id fecerint; hinc ex antiquis mo-
numentis adfert Lipsius *VIBA*, *SIBE*, *CIBICA*,
CABATOR, *PROBINCIA*, *VNIBERSVS*, pro
Viua, *Siue*, *Ciuica*, *Cauator*, *Prouincia*, *Vniuersus*. Item u pro
B. *VASE*, *VENEMERENTI*, *DANVVIVS*, pro
base, *benemerenti*, *Danubius*. Nec etiam illud obstat, quod
latini Græca quædam per β scribi consueta, cum in Latium
transferuntur signant per u consonantem , vt βία, βίος,
βιȣ̃ν, *vis*, *vita*, *viuere*, & apud Varronem, *ver*, ex Ionico βῆρ,
βάδω, *vado* : nam in his transitionibus ex Græcia in La-
tium, aut vice versa , non obseruatur semper idem sonus,
sed plerunque mutatio aliqua interuenit, prout fert genius
linguæ & loquentium voluntas. Lepidam fabellam de
Beta à veteribus Hæreticis confictam refert B. Irenæus lib.
1. cap. 17. *Commentum etiam illud assumunt*, inquit Ire-
næus , *quod cum Dominus puerili ætate esset , atque elemen-*
ta disceret, ac ludimagister, vt mos est, ei dixisset: age, dic Al-
pha. respondit Alpha. cumque rursus præceptor Beta dicere
iussis-

iussisset ; respondit Dominus, tu mihi prius expone, quid sit alpha, tumque quid Beta sit, ex me audies. Hæc fabulones illi.

Ad Gamma venio ; quod à multis pronunciatur ante ε, η, ι, υ, vt iota, γένος, *ienos.* γενεαλογία, *ienealogia.* γυνὴ, *iyni.* Certum, quod vitiosè. Quod tamen vitium in latino γ apud multos magis inualuit, quam in Græco. Est autem γ ante quamlibet vocalem & diphthongum ita efferenda, sicut effertur in his vocibus. *Ego,* λέγω, λέγεις, λέγετε, non *Leiete.*

Diximus in Grammatica secuti communem Grammaticorum præceptionem, γ ante γ, ξ, χ sonare vt ν, ἄγγελος, λύγξ, ἔγχος, quasi ἄνγελος, λύνξ, ἔνχος. Item ante κ, & tunc ipsum κ sonum Gammæ induere. πέφαγκα, quasi πέφανγα Mekerchus, & alii reiiciunt hanc regulam. quia probabile est Græcos, si pronuntiationem mutassent, ipsam quoque literam fuisse mutaturos, sicut mutarunt in συμπληγάδες, pro συνπληγάδες, συμπλοκὴ pro συνπλοκὴ, κάββαλε, pro κάτβαλε, quod ν ante π, & τ ante β collocari non possit, vt testatur Dionysius. Sed tantum abest, vt γ sequentibus illis literis γ, ξ, χ, mutarint in ν, vt contra si ipsum ν occurrerit, sonum illius & mollitiem auersati, conuertant in gamma, vsitata illa orthographiæ regula, quod semper ν ante γ κ ξ χ, migret in γ. quam ita tradit Gaza : τὸ ν οὐδὲ πρὸ τοῦ γ, ἢ χ, ἢ κάππα, ἢ ξ σώζεται συντιθέμενον, ἀλλὰ τρέπεται εἰς τὸ γ. Qua ratione dici potest ν conuerti in γ, vt deinceps ipsum γ, sicut ν pronuncietur ? Potius ipsum ν seruari, & γ si occurrisset in ν conuerti debeat. Quid igitur ? inquit alius. Nempe vnus hic etiam est ex Grammaticorum næuis. Nam quod ad duplex γ attinet, quid obstat, quo minus pronuncietur à Græcis, vt à Latinis in *aggrego, agger,* & *aggero?* Nam tanto mollior est duplicis γ pronuntiatio, quanto lenior est litera γ, quam κ. At Græci ἐκκλησία, latini *Ecclesia* scribunt & pronunciant. Auctor Apologetici pro vet. ling Græcæ pronunt. Non desinimus, inquit, mirari, quomodo γ sonet literam νῦ, quæ nequit

Præponi talibus literis, nempe τῷ γ, χ, κ, ξ, si enim sonare Potest his literis præposita, cur non & scribi?

Ergo post multas ambages eò tandem nonnulli inclinant, vt putent ante prædictas literas, nec verum γ, nec verum ν scribendum, aut sonandum, sed ν quoddam, adulterinum à Nigidio, vt Gellius libro 19 c. 14. auctor est, vocatum, quale etiam in his latinis nominibus, *anguis, angustia, ancora, increpat, incurrit, ingenuus. In omnibus enim his non verum* N, *sed adulterinum ponitur*, inquit Nigidius. *Nam verum non esse, lingua indicio est nam si ea litera esset, lingua palatum tangeret.* Addunt, vt hoc adulterinum n à vero & genuino distingueretur, designatum fuisse à librariis specie à forma Gammæ non multum abeunte, ex qua postea Gamma fecerint, & aliqui etiam figuram literæ ν. Itaque summa tandem huc redit, in pronunciatione non esse vitium; sed in scriptione, non enim scribendum Gamma, sed ν, ac proinde falsam esse regulam supra allatam, ν ante γ, & alias literas migrare in Gamma, & sonare vt ν, non enim migrare, sed manere, licet non verum illud, quod dum pronuntiatur, lingua palatum ferit, sed aliud quoddam, alterius, etsi non longè diuersi soni & modi. Hæc si cui arrident; is amplectatur licet: mihi improbabile accidit Græcos *Angelum*, vocasse Aggelon. Et insolens non est, vt vocabulum aliquod aliter scribatur, & aliter efferatur; an non Gallica lingua his exemplis est plenissima? vt proinde mirandum non sit, etiamsi in his dictionibus Gamma vicem τῦ νῦ subeat. Quod si quis pertinaciter contendat, vitiosè scribi Gamma pro ν, cum hoc non contendero, dummodo concedat ipsum γ sonare vt N, siue verum, siue illud Nigidianum, inter quæ tam tenue est discrimen, vt ne quidem tenues sine corpore vitæ sint tenuiores & exiliores, quam solent esse istæ Grammaticæ tricæ & spinæ. Delta sonat, vt nostrum D. sono quodam inter τ & θ medio.

δόλος, ἄδολος. *Dolus. Absq; dolo.* Satis integrum & incorruptum retinet suum sonum.

CAPVT XIII.

DE ζῆτα, θῆτα, κάππα, λάμβδα.

Zῆτα efferimus nos Germani, inquit Sylburgius, per τσ. Sic & Græci, nisi quod Z mollius pronunciant per δσ. Quæ caussa fuit cur Dorica & Æolica dialectus, facta transpositione, pro ζ vsurpauit σδ σδεὺς & σδυγὸς, pro ζεὺς, *Iuppiter*, ζυγὸς, *iugum*. Quintiliano ζ & υ apud Græcos nullæ dulcius spirant. Et approbo, inquit Lipsius. Etsi Appius Claudius, (Capella refert) hanc literam reformidarit, *quod dum exprimitur, morientis dentes imitetur.* De eius figura Ausonius.

Zeta iacens, si surgat, erit nota quæ legitur N.

θ pronuntiandum est vt τh, sicut in Germanico vocabulo Thier, à Græco θὴρ, *fera*, item Thür, à θύρα, *ianua*. Malè confunditur sonus eius cum τ. De forma Ausonius.

Ansis cincta duabus erit cum iota, leges θ.

Funesta erat olim hæc litera, & mali ominis in iudiciis, quia erat nota condemnationis, καὶ τοῦ θανάτου, *mortis*. & in Epitaphiis etiam signabatur, tanquam iam mortui index. Martial. lib. 7.

Nosti mortiferum quæstoris Castrice signum?
Est operæpretium discere Theta nouum.

Persius Satyr 4

Et potis es nigrum vitio præfigere Theta.

Ausonius in impurum Eunum.

Miselle doctor ... tibi sit obscœno.
Tuumq; nomen Theta sectilis signet.

Mortem ei precatur, inquit Lipsius, & quidem à laqueo (ea forma est in θ contracta) & adscribi ad defuncti eius nomen optat Theta. Exempla Epitaphiorum adfert Lipsius lib. de pronuntiat. c. 14.

Porrò vt defunctis θ, ita viuentium nominibus præponebatur τ testis vitæ adhuc durantis. Exempla suppeditat idem Lipsius. Isidorus ait in breuiculis, quibus militum nomina continebantur, τ notam in capite versiculi positam, superstitem designare: θ verò ad vniuscuiusque

defuncti nomen solere apponi. Imo antiqui si quid obseruatu notatuque dignum in euoluendis libris reperissent, id signabant apposita Græca litera χ, aut Latina L, quarum illa χρηστὸν aut χρήσιμον, hæc *laudabile* significabat. Contra etiam ea, quæ improbabant, litera θ designabant. Sidonius.

Isti, qui volet, exarationi
Distinctum bonus applicare Theta.

Eodem spectat versus Persii paulò antè citatus.

Kappa ab omnibus ferè incorruptè pronunciatur, non solum ante consonantes, κλέπτω, ἀκμὴ, κνίσσα, κρᾶσις, &c. Sed etiam ante vocales & diphthongos, καλὸς, κόμη, κῶ, καῖσαρ, & in fine dictionis ἐκ. A Græcis ad Latinos itidem migrauit. Ausonius.

Kappa fuit quondam Bœotia, nunc Latium κ.

non ob vsum, sed ob luxum inquit Lipsius: Quia C & Q vicem eius satis superque obire possunt: nec differunt sono (de vero & germano sono loquor) sed sola specie. Priscian. *K & Q quamuis figura & nomine videantur aliquam habere cum C differentiam, tamen eandem tam in sono vocum, quam in metro continent potestatem.* Terentianus.

Refert nihil K prior sit, an Q an C.

Itaque & Q non tam interest literis, quàm superest. Cur enim C. non satis ad eius vices? Fuit olim. Sed visum hanc addere, quoties u sequeretur (neque aliter) ad efficiendum pinguiorem illum sonum. Sed de hoc plura Lipsius. Kappa certè vix amplius locum obtinet in latinis dictionibus: & iam olim Ausonius, non nisi in tribus dictionibus agnouit hoc versu.

Hæc tribus in Latio tantum addita nominibus K.

quæ ex mente Capellæ sunt hæc tria. *Kaput. Kalendæ. Kalumnia.* Cæterum cum K. Q & C eiusdem soni sint, si rectè efferantur, hinc factum est, vt quæ Latini per C aut Q scribunt, Græci signent per suum Kappa. *Torquatus*, Τορκουᾶτος. *Aquilius*, Ἀκίλιος, *Aquila*, Ἀκύλας, *Quintus*, κόϊντος vel κύϊντος. Vetera monumenta. ΚΟΥΙΝΤΟΣ.

λάμβδα

λάμϐδα sonat, vt L. Latinum. λύκος, *lupus*, λείϐω, *libo*, suumque genuinum sonum satis integrum retinet.

CAPVT XIV.

De literis μῦ, νῦ, ξῦ, πῖ, ῥῶ, σίγμα, ταῦ.

QVod Lipsius de Latinis M & N, hoc & ad Græcas μῦ & νῦ accommodari potest: *M mugientem illam literam, omnes rectè. N, Tinnientem omnes rectè.* In M nulla Græca vox erit. Ausonius.

Vocibus in Graiis nunquam vltima conspicitur M.

Quintilianus lib. 12. cap. 10. *Quid, quod pleraq; nos illa quasi mugiente litera claudimus M, qua nullum græcè verbum cadit. at N iucundam, & in fine præcipue, quasi tinnientem illius loco ponunt, quæ est apud nos rarissima in clausulis.* Sed de N hoc addo, ait Lipsius; mirari me, cum tam suauiter ea sonet, omissam sæpe à Græcis aut mutatam. Illorum enim est μάλλιος, qui Latinis *Manlius*. Ὀρτήσιος, qui *Hortensius*. κλήμης, κώστας, οὐάλης, pro *Clemens, Constans, Valens*, ναρϐωνήσιοι, *Narbonenses*.

Plerique Grammatici tradunt ν ante β μ π, omisso suo sono efferendum esse vt μ, τὸν βίον, τὸν μέγαν, τὸν παῦλον, quasi τὸμ βίον, τὸμ μέγαν, τὸμ παῦλον. Hos magistri pronuntiationis, & inter illos Mexerchus, refellunt, etiam hoc argumento, quod nulla dictio Græca in μ literam desinat. Cur ergo, inquit ille, vbi μ non est, illic μ fingimus, & germano sono, quasi de possessione exturbato, eum qui proprietati linguæ repugnat, intrudimus? Latini quidam scioli, inquit Auctor Apologetici *pro veteri linguæ Græcæ pronuntiatu*; hanc (credimus) permutationem excogitarunt, ad exemplum & coagmentationem trium inseparabilium (quas vocant) præpositionum *an, con, in*, spectantes, quæ in μ ante tres literas mutantur, vt *amputo, commendo, imbibo*. At illi longè melius cogitare debuissent, Græcas literas neque legibus, neque armis Romanorum à prima institutione consuesse teneri.

In ξ, non immoror, quia nihil in eius sono vitii. Latini maluerunt ix, quam ξ. de forma Ausonius.

Maeandrum flexusq; vagos imitata vagor ξ.

Similis ratio literæ πῖ. de quo Ausonius.

Hostilis quæ forma iugi est, hanc effigies, Π.

Regula ferè communis est π, post μ sonare, vt b latinum, idque etiam in diuersis dictionibus: πέμπω, quasi *pembo.* πομπὴν, quasi *pombin.* Sed regula hæc nec ratione, nec auctoritate nititur. Nec peccatur in ῥῶ, de cuius figura Ausonius.

Ausonium si Pe scribas, ero Cecropium P:

Ex Rho quod Græco mutabitur in Latium P:

σῖγμα, Doribus, San, sonat, vt s latinum. Pindarus κίβδηλον nominauit, eiusque odio versus ἀσίγμους composuisse dicitur. Dionysius Rhetor Rho attollit, hancque abiicit, & turpi voce appellat θηριώδη. Attici omnes oderunt, & succedaneum ei ferè τ dederunt. Hinc apud Lucianum actio literæ huius aduersus ταῦ, iudicio septem vocalibus commisso. Ex Latinis Messala, ne literam quidem, sed sibilum esse ait, vt scribit Capella. Fabius asperam pronunciat, & in commissura verborum rixantem. Prisci, Atticorum exemplo, *pultare, mertare* pro *pulsare, mersare.* Sed aduersus istos validè tuetur hanc literam Lipsius; quem legito. Sonus eius apud Græcos & Latinos lenis est, qualis in his: *Msi, Piso, visus:* & malè agunt, qui ad ζ vel ts inflectunt, quasi *zigma* sit aut *tsigma.*

Ταῦ respondet nostro τ. De forma Ausonius.

Malus vt antemnam fert vertice, sic ego sum τ.

Quando post ν sequitur τ, tum plerique dicunt sonare ταῦ vt δ. ἀντὶ, quasi ἀνδὶ, τάνταλος, ἀντώνιος, *Tantalos, Andonios.* Sed hoc aliis, fortasse non immeritò, displicet. Quia ipsi Græci latina vocabula suis characteribus exarantes τ post ν integrum relinquunt. τεσταμέντω, non *testamendo,* vt in Græcis institutionibus Theophili videre licet, vt & in Græcis Eclogis Iuris ciuilis.

CAPVT XV.
De literis φῖ, χῖ, ψῖ, & de digamma Æolico.

SVnt qui velint φ non aliter efferri debere, ac latinum f. Sed hos meritò refellit Lipsius, auctoritate veterum & ratione. Nam Terentianus Maurus, & Victorinus Afer lenem sonum literæ f tribuunt: at Græco φ hirtum & asperum. Verba Terentiani hæc sunt de F.

Imum superis dentibus apprimens labellum,
Spiramine leni (velut hirta Graia vites)
Hanc ore sonabis.

Idem liquet ex Cicerone, in ea quæ pro Fundanio, vbi testem Græcum irrisit, quod primam literam in nomine *Fundanius*, dicere non posset. quia vt Quintilianus innuit lib. 1. cap. 5. vehementiore illam spiritu proferebat, quasi si esset Pfhundanius. Idem Priscianus docet, cum ait, *f literam fere similem φ Græcorum. Ferè*, ait, cur? *Quia non fixis ea labiis pronuntianda, vt p & h.* Optimè, subiicit Lipsius. *Figuntur tibi labia, & pressim cum nisu clauduntur, cum illud φ exprimis, seruata vi p literæ & aspiratione non neglecta.* Aliter est in f Latino. Etiam Ausonius Græcæ literæ φ sonum ostendit in quodam Epigrammate, innuens sonare, vt illud *phi* seu *phu*, quo solemus vti in tetro odore. Etsi multi crassius *pfui*, alii lenius *fi* pronuntient; neutri benè, quia pronuntiandum vt p & h audiatur.

Sed quia de litera F sermo est, addam aliquid de Digamma Æolico, cuius crebra mentio apud veteres Grammaticos. Dicitur Digamma, seu Digammos, seu Digammon, à figura, non à sono, vt rectè docet Lipsius; Picta est enim vt ꟻ inuersum, id est, vt Gamma Gammæ superpositum; Errantque illi, qui speciem cum F similem faciunt, & si qui antiquorum Grammaticorum Codices hanc figuram præferunt; ii emendatione egent. Nec euincitur hoc ex Cicerone, qui libro nono epistolarum ad Atticum, fundum suum Formianum vocat digamma, quod nomen

eius

eius ab f inciperet. non enim respexit ad sonum, sed ad figuram, quæ ab f non abit, nisi inuersione. Digamma hoc Æolicum induxit in Latium Claudius Imperator. Itaque in Claudiani Imperii Lapidibus maximè apparet. *DIℲAI AVGVSTAI. & AMPLIAℲIT. TERMINAℲITQVE* Pro *Diuæ Augustæ. Ampliauit, Terminauitque.*

At quis huius Digammæ sonus & vsus? Primò; Certum aliquando pro aspiratione h apud Latinos, itemque pro aspero spiritu apud Græcos vsurpatum. Hinc illa *Ⅎircus, Ⅎœdus Ⅎelena*, pro *hircus, hœdus, Helena.* Et apud Victorinum *Ⅎάμαξα* pro *ἄμαξα.* Apud Priscianum Ⅎἶς pro ἶς. Est cum & pro leni spiritu positum est; exemplum est in *Ⅎαιὼν* pro *αἰὼν*, apud eundem Priscianum. Aliquando solius Euphoniæ gratia literis interiectum est vt in Tripode Delphis Byzantium translato, apud Priscianum. ΔΗΜΟΦΟℲΩΝ & ΛΑℲΟΚΟℲΩΝ, *Demophoon, Laocoon.*

Cæterum præcipuus & creberrimus eius sonus fuit, vt u consonantis nostræ. Terentius Scaurus ait: *Hanc literam u consonantis vice fungi, & poni pro ea, quæ sit Ⅎ*, sic enim rescribit Lipsius, non F, vt vulgo. Annæus Cornutus. *Est quædam litera in Ⅎ literæ speciem formata, quæ digamma nominatur. Ad huius similitudinem soni, nostri consuetudine vocales Digammon appellare voluerunt: vt est votum, virgo. Itaque in prima syllaba digammon, & vocalem oportuit poni. Ⅎotum, Ⅎirgo, quod & Æolii fecerunt, & antiqui nostri, sicut in quibusdam libellis scriptura declarat* Victorinus. *Æolis Ⅎ idem valet, quod apud nos u, cum pro consonante scribitur, vocaturque βαῦ, & digamma.* Constat ergo Ⅎ Æolicum pro u latina vsurpatum esse. Sed necdum constat; quis sonus genuinus huius consonantis u. Illud constat, u plerisque Germanis malè efferri, qui à litera f nullo modo distinguunt; Illis enim *vinum* est *finum* *Vallum, fallum. Seruus. serfus.* cum tamen necessario debeat inter F & u consonantem discrimen constitui; alioquin aut hæc, aut illa in literarum numero

thero superuacanea foret. u ergo plerique, qui rectè efferre censentur, ita efferunt, vt longe fractius & imminutius sonet, quam f, eumque sonum reddat, qui melius loquentis ab ore, quam calamo exprimi potest.

Verum Lipsius multis rationibus contendit, u consonantem, atque adeò Digamma Æolicum, sonuisse, quasi u duplex, *VVinum*, *VVallum*, *Seruum*, quem sonum obseruant adhuc Germani: Wein/ Waal. *Vannus*. Wann. *Væ*, Wee. *Verus*, Waar. Quæ sententia Lipsii probabilis est propter argumenta non spernenda, quibus fulcitur: Et si noua est, nec apud Literatores trita. Noua inquam est, quoad hanc partem, quæ dicit, u simplicem consonantem sonuisse vt *vv*. nam ipsum Digamma Æolicum nihil aliud esse, quam *vv*, multi tradunt, qui tamen hoc de sono consonantis u non concedunt. Alii simpliciter dicunt Digamma Æolicum respondere consonanti u. Qui si darent Digamma sonare vt *vv*, necessariò affirmare itidem cogerentur, u simplex sonare vt *vv*. Nec rectè de Digamma loquuntur, qui dicunt duplex quidem *vv*. valuisse; & postea exempli loco adducunt ista: SerⅎS, *Seruus*. CerⅎS, *Ceruus*, quia in duplici illo *vv*, cui Digamma Æolicum æquiualet, neutrum u vocalis est, sed consonans, at in vocibus *seruus*, *ceruus*, & id genus aliis, vltimum u vocalis est; non potest ergo per Digamma Æolicum suppleri. Quare vocalis u ad Digamma adiungi debet hoc modo Serⅎus, Cerⅎus, Daⅎus, &c Nec illud omittendum; Digamma Æolicum dictum esse Vau, teste Varrone, & Didymo apud Priscianum, & quidem à sono. De quo copiosius clarissimus Lipsius.

Coronidis loco subiungam versus Terentiani Mauri de Æolico Digamma prout à Mercercho recitantur.

Nominum multa inchoata literis vocalibus
Æolicus vsus vertit, & digammon præficit.
Æolica dialectus autem mista ferme est Italæ.
Hesperum cum vico Græce, vesperum cognominat.
Ἑστία sic Vesta facta. Vestis ἐσθὴς dicitur.
Ἶα, quem Græci vocamus, vim iubet me dicere.

Ἐαρ

Ἔαρ est multis in vsu, & magis poeticum est.
Ἦρ enim natiua vox est: illa ver hoc dictitat.
Quos Homerus dixit ἐνετοὺς, illa Venetos autumat, &c.

Quibus significat Terentianus asperum & lenem spiritum à latinis Æolico more in digamma, hoc est, in u consonantem verti. X valet ch. ab eius sono χῆνες, *anseres*, nomen habent. Latini hac litera carent; quia vicem subeunt c & h. At figura non carent; quia vt Ausonius ait;

In Latio numerus denarius Argolicum χ.

Imo hac etiam specie notant literam, quam ix vocant. De ψ Ausonius.

Furca tricornigera specie pœnè vltima sum ψ.

Laus DEO *Virginique Matri.*



t, &c.
m spiri-
st, in u
es, anse-
a vicem
usonius

nt. De

[illegible] Enias in Enisi to Enia [illegible] Snian
e Jenia. Dialy. [illegible] el A: [illegible] d [illegible] Tav
Auidm: o.
[illegible]: [illegible] Tenfenov Tis [illegible] Tav [illegible]
Emia.





S.

[illegible]

[illegible]